Rev<sup>me</sup> p. etc. Noverit paternitas v., quod ea que scribit de me dux Nicolaus conquerendo eidem paternitati v. rev<sup>me</sup> veritati sunt contraria et opposita, prout hec loco et tempore suo deo dante probabiliter clarebunt. Sufficiebat v. rev<sup>me</sup> paternitati monere et hortari me sive michi persuadere, quoniam ego ad res racionabiles et honestas promptus sum et voluntarius, et si quis sinistram conciperet de me opinionem per obliquitates dolosarum suspicionum vel juxta proprie perversitatis et dolositatis judicium sive argumentum, non est sibi credendum, quia, ut clarissima rectitudine mentis mee et puritas intentionis elucescat, paratus sum stare cum duce Nicolao cognicioni primo reverendissimi domini mei metropolitani archiepiscopi Gneznensis, demum contentus sum stare cognicioni ducis Przimkonis Teschnensis et aliorum ducum de liga<sup>1)</sup> juxta priorem meam exhibicionem, dum tamen causa illa celeriter finiatur et in detrimentum meum et meorum non proteletur terminanda. Quibus exhibicionibus si dux Nicolaus non acquieverit, protestor me ex parte mei et meorum sibi quod et equum erat obtulisse. Contentus eciam essem videre litteram vel copiam littere dueis Nicolai, cuius verbis dicit se uti paternitas v., ut magis proprie scirem dictis suis respondere, quia venerabile capitulum ecclesie mee necnon spectabilis consulatus Wratislaviensis copias litterarum prefati ducis michi miserunt. Et si v. paternitas de integritate fidei catholice curam gerat, precipiat pocius duci Nicolao in virtute sancte obediencie, ut more fratri sui miserabiliter defuncti gregem michi creditum non inficiat suo perniciose exemplo ecclesiastis et beneficia ecclesiastica ac bona clericorum defunctorum spoliando testamentaque eorundem impediendo, libertatem ecclesiasticam violando, censuras non curando, processus non admittendo, excommunicatus divinis se ingerendo, per minas absoluciones extorquendo, quoniam hec heretice pravitatis sapient suspicionem. Et si ab illis paternitas v. rev<sup>ma</sup> eum abduxerit seu per viam juris compescuerit, officium legalis legati adimplerit. Ex Nissa opido XVIII Septembbris a<sup>o</sup> etc. LXIII.

C.

Darauf schreibt der Erzbischof zurück, entschuldigt sich, dass er den Brief des Herzogs in der Eile nicht mitgeschickt habe, und sucht auch den Bischof darüber, dass er befehlsweise und nicht bittweise oder ermahnungsweise an ihn geschrieben, zu beschwichtigen mit dem Hinweis, es könne ihm dem Herzog Nicolaus gegenüber nur nützen, wenn dieser höre, dass der Bischof nicht aus Ohnmacht die Rechte der Kirche zu schützen sondern aus Gehorsam gegen das Gebot eines Höheren von Thatsächlichkeiten (via facti) abstehe. Uebrigens ermahne er den Bischof in seinen Ausdrücken gegen ihn bescheidner zu sein und seine amtliche Stellung zu respectieren. Seine des Bischofs Erbietungen werde er in Gemeinschaft mit dem Capitel und dem Breslauer

<sup>1)</sup> Welche liga hier gemeint ist, bekenne ich nicht zu wissen.

Rathe dem Herzog melden, ersuche ihn jedoch noch einmal den heiligen Stuhl (partes apostolice sedis) zum Schiedsrichter anzunehmen. Dann giebt er ihm die Vorwürfe wegen der kirchenfeindlichen Haltung des Herzogs Nicolaus zurück. Wenn der Bischof so schnell bei der Hand sei zur Wiedergewinnung von Kirchengütern zu den Waffen zu greifen, so möge er doch auch für Besserung der Sitten der ihm anvertrauten Heerde sorgen; er sei nicht dazu als Legat vom Papste nach Schlesien gesandt und wolle ihm darin nirgend entgegentreten. — Ex Wratislavia XXI Septembris 1463.

Esch. fol. 178<sup>b</sup>—179<sup>b</sup>.

## 190.

1463 September.

Der Breslauer Rath schreibt dem Papst, dass der zur Krakauer Kirche transferierte Bischof Johann von Leslau den Gnesener Domkantor Andreas Cossa zu ihm gesandt habe mit der Bitte seine Angelegenheit beim heiligen Stuhl zu unterstützen; er empfiehlt also den nach Rom reisenden Cossa und seinen Auftrag dem Wohlwollen des Papstes. LXIII. Ohne weiteres Datum, aber nach der Stellung bei Eschenloer kann es nur aus dem September sein. Vgl. auch n. 197, wo der Domherr Rossa genannt wird.

Esch. fol. 181<sup>b</sup>.

## 191.

1463 September 18. Ex Wratislavia.

Erzbischof Hieronymus von Creta schreibt dem Vogt der Sechsstädt Joh. von Wartenberg, der Rath habe ihm den von ihm erhaltenen Brief mitgetheilt, in dem er sich über ehrenrührige Aeusserungen des Albert Birke (A. Berka von Duba auf Tollenstein) beschwert habe. Er habe denselben vor sich kommen lassen und ermahnt sich anständig zu verhalten. Derselbe habe dies auch versprochen und wolle sich zugleich dem päpstlichen Rechtsspruch unterwerfen. Da der Papst jetzt gerade auf Bitten des Kaisers die Processe gegen den König suspendiert habe, wenn er die Katholiken nicht verfolge, so ermahne er ihn nichts Feindseliges gegen ben. Albrecht Birke zu thun und dies auch dem König ans Herz zu legen.

Esch. fol. 182<sup>b</sup>. Vgl. n. 176 u. 195.

## 192.

1463 September 30. Rome.

Pius II. an den Breslauer Rath, dass er aus Rücksicht auf den Kaiser zunächst keine weiteren Schritte gegen den König thun könne.

Pius papa secundus.

Dilecti filii etc. Venit ad nos dilectus filius Johannes orator vester, ex cuius relatis et ex litteris quas secum attulit cognovimus calamitosum statum illius civitatis metumque quo perculti estis ob insolentiam regis Bohemie, qui pessimum virus per

totum regnum infundere conatur et occupationi ac subversioni civitatis vestre inhiat. Et quoniam ad medendum his malis cupitis a nobis legatum mitti cum plena cruciata et aliquem ex principibus Bohemie competitorem constitui, ut Georgii sevitia et improbitas retundatur, aut saltem civitates catholice a vinculo homagii et juramenti prestiti eidem Georgio absolvantur, cum se de jure absolutas non arbitrantur, ut scilicet habita absolutione promptius animosiusque vobiscum convenienter et Georgii proposito obsistant: Respondemus ad hec quoad legatum mittendum non posse impresentiarum vestro desiderio morem gerere; sepe enim et instanter ab imperiali serenitate nobis supplicatum est, ut in procedendo contra regem predictum supersederemus. Sperabat sua celsitudo illum ad cor reversurum ac mandatis nostris paritum, in quo se ad eum reducendum impense operam daturum est pollicitus, que res effecit, ut processus suspendi manda- verimus nec voluerimus hucusque aliud innovari, dummodo et ipse nihil innovaret, presertim cum certum responsum quod super his rebus expectamus adhuc non habuerimus ab imperatore. Ceterum intellexisse debetis regem prefatum professum esse in dieta Brunnensi velle mentem suam imperatori aperire et omnia ex ejus consilio agere. Quare ne Georgius possit ullo unquam tempore pretendere se a nobis non auditum, decrevimus in his provisionibus nichil properanter facere sed prudenter et sensim incedere, ut appareat nihil a nobis omissum ad flectendum illius animum et ad eum inducendum, ut paterna monita nostra ritumque universalis ecclesie amplectatur. Exspectabimus itaque adhuc quid respondeat imperator et quam Georgii mentem afferat, quam ille sue serenitati declaraturum in dieta predicta se obtulit. Si responsum tale erit ut nobis placeat, et mentem Georgii in melius mutatam perspexerimus, bene erit. Si minus et verba nobis dari intelligemus, non deerimus nostro et apostolice sedis honori nec tolerabimus diutius hujusmodi insolentias. Vos autem et civitatem vestram, ut sepe vobis scripsimus, ut peculiares et devotos filios in omnem eventum complectemur et protegemos totis viribus nec vos aliquo pacto deseremus. Quare bono et constanti animo sitis nec terrore aut minis cujusquam moveamini. Erit deus omnipotens in presidium vestrum, erimus nos et apostolica sedes mater vestra quorum ope et auxilio tibi eritis, nec cujusquam malignitas vobis nocebit. Preterea de absolutione civitatum predictarum scribimus et facultatem damus venerabili fratri archiepiscopo Cretensi, ut oportune provideat. Concordiam circa indulgentias cum capitulo factam libenter audivimus ac etiam de absolu-<sup>(n. 154 Note.)</sup> tione propter conversationem Pollonorum, prout ex nostris litteris in forma brevis latius<sup>(vgl. n. 196.)</sup> videre poteritis, complacuimus. Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo pisca- toris die ultimo Septembbris MCCCCLXIII, pont. n. a<sup>o</sup> sexto. G. de Piccolominibus.

Stadtarchiv CC 18<sup>m</sup>. Or. Sieg. Perg. Auch bei Esch. fol. 11 und noch einmal fol. 188<sup>b</sup>. Vgl. Palacky, Urk. Beitr. n. 212. Vom 28. Sept. existiert ein Schreiben des Card. Franz Piccolomini, worin er entschuldigt, dass Joh. Weinrich nicht früher expediert worden ist; die Stadt könne indess versichert sein, dass ihr Schicksal dem Papst und Anderen sehr am Herzen liege, und dass sie nicht im Stich gelassen werden würde. Or. Roppan 26<sup>mm</sup>. Schon am 21. Sept. hatte derselbe gemeldet, dass der aus Rom zurückkehrende Grossinquisitor Gregor Heyntze mündlich Einiges mittheilen werde, was sich schriftlich nicht gut mittheilen liesse, und dass Weinrich noch nicht habe expediert werden können. Or. Roppan 26<sup>iii</sup>.

193.

1463 October. 2. Rome.

Pius II. an den Breslauer Rath, dass der Legat Erzbischof von Creta im Einverständniss mit der Stadt zurückkehren oder bleiben solle.

(n. 175 B.) Dilecti filii etc. Alias scripsimus venerabili fratri Jeronimo archiepiscopo Cretensi, oratori nostro in partibus istis, ut inde non discederet, donec aliud a nobis haberet in mandatis. Impresenciarum vero considerantes zelum prudenciam ac solerciam ejus quibus negotia sibi per nos commissa continue fuit prosecutus, et quia presens est rebus et eo facilius consilium capere potest, sue conscientie et discrecioni remittendum duximus, ut pensatis et examinatis condicionibus temporum rerum et periculorum que evenire possent; habito tamen prius vestro consensu, consilium discedendi seu manendi capiat. Hec vestris devacionibus scribere decrevimus, ut aperte intelligatis mentem nostram, quoniam intencionis nostre est, ut vestro consilio agatur quidquid per dictum archiepiscopum oratorem nostrum exequi magis expedierit, et si expedire visum fuerit, eo uti poteritis in beneficium istius vestre communitatis, dispositi semper quantum cum deo poterimus ea curare et agere que honorem commodum et quietem vestram concernant. D. Rome apud s. Petrum sub annulo piscatoris die II. Octobris 1464 pont. n. a<sup>o</sup> sexto.

Esch. fol. 11<sup>b</sup> und 189<sup>a</sup>.

194.

1463 October 8. Wratislavie.

Der Legat Erzbischof von Creta erinnert die Schweidnitzer, die ihre Freude über die Suspensionsbulle (n. 188) dem Boten des Erzbischofs etwas zu laut kund gegeben hatten, dass durch diese Bulle Nichts im Zustande der Dinge verändert sei, und ermahnt sie, ohne seine und des Papstes Genehmigung in Bezug auf ihr Verhältniss zum König keine Neuerung zu treffen, ihm auch keinen neuen Eid zu schwören. Die Katholiken seien verpflichtet abzuwarten, was der heilige Vater auf die Beschlüsse des Brünner Tages (n. 180) antworten werde. — Hec pro nunc de his. Fuimus cum consulatu civitatis hujus. Tractavimus nonnulla quoad oblaciones ibidem offerendas pro indulgencia vobis a summo pontifice concessa, comperimus eos optime mentis et disposicionis erga communitatem vestram, et vere maxima fidei sinceritate et amoris zelo vobiscum incedunt. Contenti sunt vobis relinquere partem eis spectantem pro libito nostro cuperentque majora conferre. Quare auctoritate qua fungimur concedimus, ut illas (! ille) omnes oblaciones vel in fabrica vel in necessariis ecclesie principalis vestre civitatis vel poncium aut edificiorum ad manutenendam civitatem necessariorum tantummodo deputentur. Ermahnung zur Dankbarkeit. — Wratislavie die VIII Octobris a<sup>o</sup> LXIII.

Esch. fol. 183<sup>a</sup>. Vgl. n. 182 B am Ende.

195.

1463 October 19.

## Der Breslauer Rath an den Papst. Neue Klagen über den König.

Nachdem der Rath sein Bedauern ausgesprochen hat, dass die vom Papste beliebte Suspension der Processe gegen den König zwar von den Guten im richtigen Sinne verstanden, von den Feinden aber in ihrem Nutzen und zum Schaden der Schwankenden ausgebeutet werde, sodass nur durch den unermüdlichen und über alles Lob erhabenen Eifer des Legaten grösseres Unheil verhindert werde, fährt er fort: *Preterea stante suspensione ista nunc accidit, quod dolenter v. s<sup>ic</sup> referimus, ut munitissimum quoddam et insigne castrum Tolenstein dictum in metis Bohemie Lusacie et Misne situm ab illo per-* (vgl. n. 185 N.) *fido rege mandatum et rigorem suspensionis qua christianos non molestari jubetur non advertente bellicose obtentum est, quia ejusdem castri dominus, nobilis quidam baro Albertus de Birka hodie apud nos refugio degens, homagium eidem, ut dicitur, nolens facere, a toto dominio et paterna hereditate sua est ejectus et in ludibrium plebi statutus, cui jam illi regi adherentes illudunt dicentes: Ecce quomodo dominus Albertus Birka a domino legato apostolico ad quem confugerat est adjutus! — licet prefatus rev<sup>mua</sup> dominus Cretensis omnem fecit diligenciam scriptis suis. Ita, b<sup>is</sup> p., efficacissima et ea que sibi validissima noscit loca intercipit et acquirit stante suspensione, qua eciam nunc quosdam sub fucato colore fratres appellatos circa metas Slesie Hungarie et Moravie in armis congregatos studet in Slesiam dirigere, qui jam diffidato domino duce Nicolao Oppoliensi ejus nonnulla castra et opida invadere anhelant, quibus obtentis nobis vias undique obstruere satagunt. Nam ille homo per prefatum castrum Tolenstein et alia que tenet in Lusacia loca nobis repagulum eundi in Misnam Marchiam et consequenter in Brawanciam, ubi magne sunt nostre mercancie et operaciones, objecit. Nunc vero ne in Hungariam et Austriam proficiisci poterimus et mercari, diligenter obstruit vias, nec hodie nisi unicus nobis est liber exitus videlicet in Poloniam, quem eciam studet precludere per multa ingenia quibus serenissimum regem Polonie in enervacionem religionis catholice libenter ulla concordia conveniret, tunc interitui nostro rethe se nosceret extendisse. Profecto talia practicat ingenia, ut quasi ignorantibus nobis circumcirca hanc urbem concludere conetur, qui iterum nunc nobis appropinquat conferens se in Glacz opidum suum XII miliaribus ab hoc loco distans, et quid contra nos practicabit ignoramus. Machinatur tamen plura christianorum castra circumvallare. Per hec v. b<sup>is</sup> cognoscet que illius sit intencio, quamve ad principis mandata gerat devocationem, an reduci velit aut in obstinacia more solito permanere, cuius alia pejora exempla ommittimus in diversis sculpturis picturisque quas Prage statuit operari in dedecus ecclesie sancte<sup>1)</sup>. Ideo, b<sup>is</sup> p., coram beatis pedibus prostrati elevatis in celum manibus clamamus et humiline petimus, quatinus v. s<sup>ic</sup> providere dignetur his laqueis et periculis nostris et aliorum christianorum saluti hujus regni consulere attendereque, quid pro sint suspensiones et ad quem finem petantur. Teste altissimo, de quanto diuicius tolle-*

1) Vgl. VIII. 214.

Scriptores rerum Silesiacarum. IX.

ratur de tanto magis perfidia stabilitur. Igitur succurrat v. s<sup>tae</sup> fidei in hoc regno et suis inviceratis membris, que jam in varias opiniones posita nocticoracis oculis veritatis lumen intuentur et, nisi salubre adhibeatur antidotum, pravitate heretica exceca buntur. Expectamus in horas paternas consolaciones s<sup>tiis</sup> v. cui altissimus virtutes conferat et conservet longissime sane victuram in omni prosperitate unicam in nostram consolacionem. Ex Wratislavia XIX Octobris a<sup>o</sup> etc. LXIII.

Esch. fol. 183<sup>b</sup>. Dahinter fol. 184<sup>b</sup> ein Schreiben vom selben Tage an den Cardinal Franz Piccolomini, dem sie viel Schmeicheleien als ihrem Hauptbeschützer sagen, im Uebrigen aber nur den Brief an den Papst im Auszug wiederholen. Am Ende die durch n. 196 erledigte Bitte: Si quid juris contra regnum Polonie attemptetur, quod hec civitas ab execuzione sit exonerata. Zu den Klagen über Georgs Eroberungen vergl. das Breve des Papstes an den Kaiser vom 2. October bei Palacky Urk. Beitr. n. 323. Vergl. auch n. 207.

---

196.

1463 October 21. Rome.

Pius II. befreit die Breslauer auf ihr Gesuch vom 29. August (n. 183) von der Verpflichtung die von ihm bereits beschlossenen oder noch zu beschliessenden Processe und Censuren gegen die Polen und Preussen in ihrer Stadt bekannt machen zu lassen. D. Rome ad s. Petrum sub annulo piscatoris die XXI Octobris MCCCCLX tercio, pont. n. a<sup>o</sup> sexto.

Or. Stadtarchiv CC 18<sup>n</sup>. Perg. Auch bei Esch. fol. 11<sup>b</sup> und 194<sup>a</sup>. Der Cardinal Franz Piccolomini übersendet ihnen dies Breve am 22. October mit einem kurzen Schreiben, an dessen Ende noch die Bemerkung steht: De domino Nicolao Merbot quod nos sentimus scripsimus alias domino Cretensi, et ideo in his litteris aliud replicare non est opus. — Rome die XXII. Octobris 1463. Or. Roppan 26<sup>kkkk</sup>. Vergleiche zu diesem letzten Punkt n. 184 und n. 198, zum vorstehenden Breve noch n. 214.

---

197.

1463 October 28. Rome.

Nicolaus Gleywitz (vgl. S. 8.) an den Breslauer Rath. Neuigkeiten aus Rom.

Mein gar willigen und steten dinst, ersamen lieben herren! Nochdem yr habet geschriben unserem heyligisten vater umbe dess bannss wegen, der die Prewssen berurit etc. zo hat euch unser heiliger vater genediclichen erhort und sendet eweren ersamkeiten eyn breve geslossen in dy briffe des allerwirdigesten herren cardinalis Senensis, die denn Vincencio Kyast dessen czeger befolen seyn euch zu antworten. Auch hat Marcus Kurn von Venedigen etzliche ewer schrifften ken Rome geschafft, und herre Andreas Rossa thumherr zu Gnyzen hat mir geantwort ewer briffe, dye ewere wirdikeiten unserem heiligen vater und auch an magistrum Johannem Weynrich hat geschriben, dy habe ich von stunden geantwort domino cardinali Senensi, der sy fort

(n. 196.)

(n. 190.)

unserem heiligen vater hat vorbrocht und geantwort. Sunderlichen thu ich euch wissen, das unser heiliger vater am nehsten samstage vor Symonis et Jude uffemberlich in 22. Octoher. consistorio, do alle cardinales und prelaten kegenwartig seyn gewest, hat uffinbart seyne menunge wedir dye Thurken, und wil am funften tage mensis Junii zu Anchona seyn und in eygener personen obir mer wedir dy Thurken czyhien, und wil den Romischen hoffe mit czwehen cardinalen in aller ordenung und macht zu Rome lossen etc. Dorumb rote ich euch getrewlichen, dasz yr ewere zachen in achtung habet, wenn wirt sich unser heiliger vater personalich uff dass mer geben, zo werden alle zachen gantcz swerer ausszurichten, dass denn ewere ersamkeiten wol mogen merken. Magister Nicolaus Merbot heldet sich noch ewerer vormanunge und wirt in kurcz ken Seniss czyhien doselbest studiren. Sunderlichen byte ich, dass ewere wirdikeiten mich befolen haben welle, ich byn allezeit bereit euch und ewer gemeyne zu dynen, zo ich erkenne adir underweiset werde, was euch und ewer stadt zu fromen und nutz kommen mag.

Gegeben zu Rome ipso die Symonis et Jude apostolorum a<sup>o</sup> dom. LXIII.

Nicolaus Gleywitz ewerer demutiger und williger dyner.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>uuu1</sup>. Or. Pap. Siegel abgefallen. Am selben Tage schrieb auch Antonius Czeller, der in Merbotha Briefen Czoller und Czolner heisst, vgl. VIII, p. 143. 144. 178. 179. an Eschenloer und beklagte sich, dass er für gewisse nach Kitzings Tode von ihm besorgte Geschäfte noch immer nicht bezahlt sei, in lateinischer Sprache. Dieselben Klagen wiederholt er fast wörtlich in einem deutschen Schreiben vom 24. December an den Rath. Stadtarchiv Roppan 26<sup>uuu2</sup> und<sup>oooo</sup>. Die Briefe konnten indess aus Mangel an Raum hier nicht im Wortlaut mitgetheilt werden.

## 198.

1463 October 28. Ex urbe.

Nicolaus Merboth schreibt dem Breslauer Rath einen sehr langen, mehrere Bogen umfassenden Brief, worin er sich gegen die in n. 184 enthaltenen Anklagen in seiner gewohnten, überaus wortreichen Weise vertheidigt, weshalb hier nur der thatsächliche Inhalt wiedergegeben werden soll. Er beginnt damit, dass er auf Weinrichs Aufforderung, die er am Ende beifügt, schleunigst aus dem Bade nach Rom zurückgekehrt sei und Weinrich alle Papiere ausgeliefert habe. Gleich darauf sei ein Brief des Erzbischofs von Creta an den Cardinal Franz Piccolomini angekommen, worin er sich heftig über ihn und besonders sein Schreiben an Valentin Haunolt (n. 177 B) beklage und ihn beschuldige, im Interesse des Bischofs von Breslau Zwist zu erregen zwischen Breslau und dem Erzbischof. Aber der Cardinal habe ihn in Schutz genommen und dem Erzbischof geschrieben; der Rath solle sich nur von diesem den Brief zeigen lassen. Vgl. n. 196 Note. Wenige Tage nach Weinrichs plötzlich ohne Abschied von ihm erfolgter Abreise sei dann n. 184 an die Cardinale Franz Piccolomini und Cusa angekommen, das ihn so hart anklage, und das ihm durch den von Weinrich als seinen Substituten zurückgelassenen Nicolaus Gleiwicz mitgetheilt worden sei. Er antwortet auf dessen einzelne Punkte ausführlich. Auf die Beschwerde plötzlich und ohne Grund seinen Abschied

gefordert zu haben erwidert er, dass er die Verdächtigungen und zumal die Verläumdungen der beiden Boten Nicolaus und Johannes Sommerfeld nicht länger ertragen könne, quorum utriusque captus sui natura in dolum vergit, nam alter Russus alter vero Sclavus, de quorum generacione, ut vulgari proverbio dicitur, nullus unquam bonus fuit nisi divus Jeronimus. Beruft sich wiederholentlich auf das Zeugniss des Cardinals Franz Piccolomini und verlangt eine bestimmt formulierte Anklage, worin er die Interessen Breslaus vernachlässigt oder geschädigt habe; er sei bereit jedem Richter zu stehen. Eciam scribitis quod Pragam equitaverim sine commissione vestra, nec tamen hoc sine scitu et prohibicione vestra feci. Nam cum apud me de recessu festino instaretis, dixi: quod iter velletis ut facerem? Affirmastis hoc meo judicio relinquere. Dux per Misnam et Nurnbergam iter esse longissimum et mihi ignotum. Contenti fuistis, ut irem per Bohemiam, in signum cuius premisistis quendam Martinum presbyterum qui jam hic est cum omnibus litteris et memorialibus ad Venetias. Circa recessum meum instabat festum nativitatis Christi. Dux: si recto itinere vadam per Glacz et Trautenaw, tunc opus est me in die nativitatis Christi manere inter hereticos, ubi nec divina nec missam celebrare aut audire possem. Idcirco statui ire per Garlicz et Pragam, et ita mihi scripsistis unam litteram ad dominum abbatem in Obinth, ut me dignaretur in die nativitatis apud se tenere, licet in vigilia ibi pervenire nequivi ob inundanciam aquarum, sed postera die post festum nativitatis. Hec mihi causa constat quare per Pragam iverim. Numquid aliquid mali inde vobis secutum est aut aliquid intellexistis quod ibi aliquem tractatum cum aliquo habuerim, aut quod postquam huc veni minus diligenter causam vestram promoverim, testes hic sunt cardinales et alii, testes sunt bulle et brevia vobis transmisso etc. Si aliquid melius scitis in quo me non recte habui, quare non aperte agitis mecum, sicut ego, cum vobis scripsi quod mihi displiceret, quod falsa de me apud Wratislavienses referrentur. Adhuc me offero stare judicio cujuscunque aut apud vos aut hic, si unquam intelligetis me minus fideliter gessisse in negotiis vestris, et ita testor omnipotentem quo majus affirmare nequeo, ut nunquam anime mee misereatur in extremo judicio, cum omnes stabimus ante tribunal ejus, si unquam aliquid in negotiis vestris egi, quantum mihi possibile fuit, quod non cederet ad laudem et gloriam et tranquillitatem vestram et hanc meam erga vos fidelitatem. Incitatus fui petere licenciam et alia scribere in defensionem integritatis mee, cum intellexi quod de me Wratislavientes conquererentur etc.

Er wisse recht gut, von wem alle Beschuldigungen gegen ihn kämen, es sei der Erzbischof von Creta. Satis improvidus fui me commiscere inter vos et eum. Est qui querit gloriam suam et laudem, ego autem grave onus servitutis tuli etc. Si quid est inter me et dominum Cretensem, obsecro prudentias v., ut hoc silencio velitis pertransire, nam de hoc minus boni judices esse possitis; quod autem vos attingit facite ut videbitur v. prudentiis. Non dubito fortassis, quod capellanus suus, qui huc cum magistro Johanne Weinreich venit, sue dominacioni de me multa scribit, quod eum hic feci arrestare, nam ipse libros meos carissimos, quos in recessu domini Cretensis ex Italia sue fidei commendavi, ut eos secum ex Tervisio ad Venetias deferret ad cameram Wra-

tislaviensium, vero post recessum meum omnes vendidit. Sepe de hoc conquestus sum cum domino Cretensi et de perfidia capellani, sed ipse parum curavit. Obtulit se fortuna, quod huc rediit, feci eum arrestare. Maluissem amisisse centum florenos quam libros, non quod tanti valoris erant, sed quod mihi carissimi erant, verum vix dimidium pretii rehabebo etc.

Als der Cardinal Franz Piccolomini das Breslauer Schreiben (n. 184) erhalten habe,  
sei gerade Herr Hieronymus Beckensloer in Capitelsangelegenheiten in Rom gewesen,  
und dieser werde dem Rathe berichten, was der Cardinal Piccolomini und auch was  
der Cardinal Cusa von ihm halten. Er habe dem Domherrn eine Audienz bei letzterem  
verschafft. Cum rev<sup>o</sup> d. cardinali s. Petri de negotiis vestris et capituli amplissime  
me presente et eorum dispositionibus longum sermonem fecimus ab multas causas, que  
jam pontifex prosequi instituit, que magister Johannes Weinreich ante recessum suum  
non intellexit, et qualiter negotia immutata sunt etc. Hec omnia in reditu suo plenius  
ab eo intelligitis et apertius quam ego scribere possem. Etiam ab eo intelligitis, si  
apud prefatum rev<sup>mum</sup> dominum s. Petri fidelis vester servitor fui, et que ipso domino  
Hieronymo presente de me retulit nulla mea intercessione exigente, preterea de dispo-  
sitione regni Bohemie. Preterea rogavimus suam rev<sup>mam</sup> dominationem, ut Wratislavien-  
ses et apud pontificem et apud imperatorem non desereret. Affirmavit omnia se libenter  
facturum, ut semper fecit, ac velle facere unum memoriale domino episcopo Lavantino<sup>1</sup>),  
quondam decano Wormaciensi, in facto regni Bohemie et Wratislaviensium, nam is iterum  
redibit ad imperatorem et principes Alamanie nomine pontificis. Hic et plura alia a  
domino Hieronymo Beckensloer v. paternitates intelligent.

Insuper rogo v. magnificencias, ut si quid de meis pecuniis in negotiis vestris exposui, quod facile ex racione quam in scriptis magistro Johanni Weinreich assignavi comprehendere possitis, ut id procuratori meo domino Valeriano Waltersdorf restituere facere velitis, ne ultra laborem et incommoda et pericula pestis mihi eciam accedat damnum impensarum de meis. Si de labore meo in negotiis vestris ultra novem menses grati esse velitis, obligacion v. paternitatibus ero, sin minus sacrificabo id sacrificium deo ac divo Johanni baptiste. Si recte animadvertere velitis, magis v. prudentiis profui quam mihi.

Ex urbe in die sanctorum apostolorum Simonis et Jude <sup>ad</sup> etc. LXIII.

Stadtarchiv Roppen 26<sup>nnnnnn</sup>. Or. Pap. Siegel abgefallen. Dem Schreiben liegt noch Abschrift bei eines Briefes von Weinrich an Merboth vom 25. August aus Florenz, worin Weinrich seine Ankunft daselbst meldet und ihn auffordert seine Badekur zu beendigen und nach Rom zu kommen, wohin er vorausreisen werde.

<sup>1)</sup> Der spätere Legat und Bischof Rudolf von Breslau.

199.

1463 November 1. Ex urbe.

Fantin de Valle bedauert in einem Briefe an den Breslauer Rath, dass Weinrich abgereist sei ohne ein Schreiben von ihm mitzunehmen und versichert seine Theilnahme für die Stadt. Er unterschreibt sich als päpstlicher Capellan und auditor palacii apostolici. Als Auditor der Rota kommt er noch 1472 vor. Vgl. Philipps Kirchenrecht VI, 480 Anm. — Ex urbe in die omnium sanctorum 1463.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>mmmm</sup>. Or. Sieg. Pap. Auch bei Esch. fol. 214<sup>a</sup>.

200.

1463 November 8.

Der Breslauer Rath dankt dem Papst für die gnädige Abfertigung Weinrichs, der indess noch nicht persönlich zurückgekehrt war, und warnt ihn etwaigen Versprechungen des Königs zu vertrauen. Rex ille perfidus nunc se dormire fingens multo ingenio ratificacioni status sui providet; quid senciat et que a v. s<sup>te</sup> oratore suo venerabili domino Andrea plebano in Budweis referente intellexerit ignoramus, sed ut experientia docet, plus more solito plurima castra opida fortalicia et civitates terrasque novis gubernatoribus suis sectistis, nedum in Slesia et Lusacia sed ubique prope metas fidelium studet collocare et de mirabilibus municionibus victualibusque providere. Der Legat erkenne die Absichten des Königs sehr wohl und trete ihnen mit Muth und Klugheit entgegen, er verdiene das höchste Lob und den ewigen Dank Breslaus. Er werde hoffentlich die Stadt so lange schützen, bis der Papst für die richtigen Mittel sorge, dass im nächsten Sommer endlich die Spreu von dem Weizen gesondert und die, welche den freundlichen Ruf nicht beachtet haben, mit eisernen Ruthen gezüchtigt werden.

n. 185. Esch. fol. 186<sup>a-b</sup>. Dahinter in demselben Sinne zwei Schreiben an Franz und an Gregor Piccolomini, fol. 186<sup>b</sup>—187<sup>a</sup>.

201.

1463 November 29.

Nach der Rückkehr Weinrichs dankt der Breslauer Rath dem Papst für die mitgebrachten zwei Breven n. 192 u. 193, auch für das vom Papste an den Kaiser gerichtete Schreiben (abgedr. bei Palacky, Urk. Beitr. n. 312, bei Esch. fol. 187<sup>b</sup>). Dann warnt er von Neuem vor dem König, der sich immer mehr auf Gewalt vorbereite. Nam per omnia dominia sua novos collocat rectores quos sibi noscit fideles, filium suum hereticum vult facere marchionem Superioris et Inferioris Lusacie, sic molestat et infestat undique catholicos, ut non abs re v. s<sup>ti</sup> pro legato cum plena cruciata et competitore et absolucione a vinculo juramenti prestiti supplicaverimus. Für die Belassung des Legaten in Breslau sagt dann der Rath eifriger Dank und lobt den Legaten ganz ausnehmend

wie er ihn auch dem Papste zur Belohnung und Erhöhung empfiehlt. D. penultima Novembris a<sup>o</sup> etc. LXIII.

Esch. fol. 189<sup>a</sup>—190<sup>a</sup>. Dahinter ein Schreiben an Franz und Gregor Piccolomini mit Danksagungen für die Unterstützung Weinrichs und mit der Bitte um Erhaltung ihrer Gunst. Am Ende die Notiz: Venit nudius tercius (27. Nov.) ille Georgius pretensus rex cum conthorali et liberis suis in Glacz opidum suum, tantum distans dieta ab hac urbe; illac propter pestem que in Bohemia regnat se contulit atque ad conturbanum nos millesies millia ingenia practicare non neglit. Fol. 190<sup>a</sup>.

---

202.

1463 December 12.

Der Breslauer Rath schreibt nach Ankunft der am 22. October erlassenen Bulle Ezechieli prophetae, worin Pius II. einen Kreuzzug gegen die Türken proclamiert, an ihn mit überschwenglicher Lobpreisung dieses Entschlusses, bittet ihn aber darüber nicht Breslau zu vergessen, das allein durch seine Standhaftigkeit und durch die ausserordentliche Thätigkeit des Legaten Hieronymus von Creta den christlichen Glauben in diesen Gegenden aufrechterhalte. Die Gefahr von Seiten der Ketzer sei doch wohl grösser als die von den Heiden drohende. Datum die Lune XII. mensis Decembris a<sup>o</sup> LXIII.

Esch. fol. 190<sup>b</sup>—191<sup>b</sup>. In ähnlichem Sinne an Cusa, Franz und Gregor Piccolomini fol. 191<sup>b</sup>—192<sup>a</sup>. Am 11. Dec. hatte der Erzbischof die Kreuzzugsbulle erhalten, vgl. VII, 101. Esch. theilt sie fol. 199<sup>b</sup>—206<sup>b</sup> mit und bemerkt, dass er sie dem Rathe ins Deutsche übersetzt habe. Vgl. dazu VII, XII. Die Bulle ist öfter gedruckt, vgl. G. Voigt Enea Silvio III. 692.

---

203.

1463 December 18. Wratislavie.

**Erzbischof Hieronymus von Creta macht dem Bischof Jost von Breslau heftige Vorwürfe über sein Eingreifen in den Process gegen Herzog Hans von Sagan. Vgl. VII. 101.**

Reverende pater! Venerunt ad nos nonnulli de capitulo ecclesie vestre et ostensis paternitatis v. litteris quibus eisdem imminere periculum asseritis ob negocium et litem fratrum de Sagano, petiverunt pariter consilium et favorem nostros. Miramur ducem Johannem minari clero, eciam ipsi judici, cum intelligat non esse servum majorem domino suo et oportere dominum prepositum obedire pontifici cui subest, a cuius mandatis discedere minime valet. Non credimus nec volumus credere hoc consilium aut mentem regis esse, ut minis et obliquis mediis hujusmodi clero illatis desisteretur a preceptis superioris: non esset hec intencio sancta, non recta, non catholica impedire justiciam, turbare mandata justa pontificis et Christi vicarii et vel minari vel inferre clero damna. Miramur satis de dominacione v., que si talia audit et a superiore illa procedere sentiat, debet illi errores hujusmodi declarare, debet ostendere non incumbere officio suo quod se pontifici maximo opponat. Debet quidem sua sibi aperire pericula, quia durum est contra stimulum calcitrare. Nec imperator nec rex nec prelatus aut dominus aliquis

unquam legitur quod cum pontifice litigantes vicerint, sed tandem nisi resipuerint succubuerunt, victi sunt, in nichilum redacti sunt. Non est visum nobis equum, quod dominacio v., que membrum est ecclesie sancte dei, in enervacionem mandatorum apostolicorum et justicie taliter scripserit, cum obediendum sit juxta apostolum deo pocius quam hominibus; ymmo si alii judicem delegatum vellent a commisso sibi officio deterre, deberet v. paternitas tanquam pater et superintendens manus ei tanquam bases apponere et prostratos, si qui essent, erigere ac animare exanimes, minantes corripere, et, si oporteret, ope et auxilio esse his qui pro exequendis mandatis apostolicis quibus tenentur in vinea domini elaborant. Quid ad judicem, quid ad clerum, quid ad civitatem hanc, si dominus noster sanctissimus, principalis dominus et superior cunctis in terris, commisit inter duos fratres administrari justiciam, cum commiserit quod potuit pariter et debuit! Commissio hec non est nobis injuncta, verum officii nostri est superintendere, ne pontificis jussa violentur nec per indirectum catholicis damna aliqualiter inferantur, ne jura parcium quomodounque impedianter, quod si secus fieret, obtestamur deum, a somno excitabimur, a quiete exurgemus, induemur pro thorace fidem et armaturam zeli dei, pro galea justiciam, et mandata nobis injuncta viriliter et intrepide prosequemur, ita ut indubie quisque intelliget, quam acutus et penetrabilis sit ecclesiasticus gladius, et tantum accendemus ignem, ut aqua Multavie non sufficiat illum extinguere, et in brevi oportuniis remediis discernuntur oves ab edis et qui cum deo, cum vicario suo, cum universalis ecclesia catholica ambulant et qui cum sinagoga. Quare si a capite, quod non credimus, talem inobedientiam procedere vos qui ibi estis intelligitis, providete quatinus resipiscat. Si, ut existimamus, ab illo duce Johanne hec emanant, date operam, quod dominus rex ejus petulanciam debitum compescat mediis et ipsum doceat, qualiter nedum ducellum unum, verum quidem imperatores reges duces et principes omnis decet et convenit pontifici maximo et Christi vicario colla subjecere. Discat prius superiori subesse quam aliis preesse intendit. Plura hac in re dicenda essent, verum existimamus illa opera sacius esse declarare quam verbis. Dolemus quod, cum plus paci et quieti invigilamus et pro illa laboramus, pejora inde moliantur et fiant. Quesumus non irriteremur, non provocemur, quia commotos oportebit per vias domini et per semitas mandatorum ejus incedere, et celo et terre protestamur nil deesse nec defuturum in nobis quod ad pacem sit. Quod si paternitas v. intelligit honesta concordie media inter fratres haberi posse, illa declareret, pro quibus eciam partes nostras offerimus. Alia non sunt; prudencie sapientie et bonitatis paternitatis v. est hec ita metiri, ut nec minus recte scripta nec poetica esse existimetis. Valeat paternitas v. in vinculo spiritus sancti. Wratislavie XVIII Decembris a<sup>o</sup> etc. LXIII.

204.

1463 December 31. Rome.

Cardinal Franz Piccolomini antwortet dem Breslauer Rath auf das Schreiben vom 8. November (n. 200 Note), wiederholt mit Berufung auf ein früheres, jetzt verlorenes Schreiben seinen Dank für ein (wahrscheinlich durch Weinrich übermitteltes) Geschenk und tröstet ihn in sehr zuversichtlichem Tone, dass der König seine bösen Anschläge nicht werde zu Ende führen können. *Estote fortes et potentes in bello et pro christiana religione pugnare non dubitetis, videbitis cito oportunum subsidium. Que facta usque in hanc diem fuerunt bona causa facta sunt, sed si subdolus et perversus lupi animus in malam accepit partem, in majorem ejus confusionem succedent, etc.* Rome die ultimo Decembris 1463.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>ppppp</sup>. Or. Pap. Sieg. Auch bei Esch. fol. 210<sup>b</sup>—211<sup>a</sup>

205.

1464 Januar 2

**Der Breslauer Rath an den Papst. Bitte um Absendung eines Cardinalallegaten.**

In Anknüpfung an n. 202 beklagt der Rath, dass die Feindschaft der Böhmen der Stadt nicht gestatte, wie einst zu den Zeiten des h. Capistrano, ihre Streiter zum Kreuzzehre gegen die Türken zu senden, aber es drohe in der Nähe eine Gefahr, die der heilige Vater doch ja nicht zu gering anschlagen und über dem Kreuzzug vergessen möge. *Utinam v. s<sup>tas</sup> eciam attenderet condiciones multarum terrarum circumjacencium que ad malum se declinant. Nam christiana obediencia in Polonia tepescit, in Prussia frigescit, Bohemia eam inficit, in Slesia vacillat, in Moravia et Lusatia fluctuat, in quibus utinam aliquando mandata venerentur apostolica, quorum execucioni inibi non consentitur, nisi hac in civitate que v. s<sup>tas</sup> proteccione hactenus respirans, si quod absit ceciderit, maledicta ista heresis nullam resistenciam habebit sed omnes prefatas et alias terras inficiet, quare v. s<sup>tas</sup> non minus Turcorum facto huic misericorditer dignetur providere et consulere, ut hec vestra civitas tueatur et pace gaudeat mediis et provisionibus quas v. s<sup>tas</sup> sua ineffabili sapiencia decreverit esse utiles. Per censuram nichil poterit facere in auxilium nostrum. Verum si episcopus noster more boni pastoris apostolica mandata vellet amplecti et, cum opus esset, exequi et assistere fidelibus suis ovibus, facile haberet nos protegere s<sup>tas</sup> v. plumbo et cartha, quia ad eum suis suggesti- nibus tota Slesia habet respectum. Sed dolenter dicimus, ipse in favorem hereticorum suorum consanguineorum et compatriotarum debitum sui officii minime persolvet. Intelleximus insuper mediis fidissimis quomodo assertus rex informacione ejus apud cesaream majestatem instet, ut a v. s<sup>te</sup> longiorem protraccionem consequeretur, et quid super isto v. s<sup>tas</sup> decreverit ignoramus, que fortassis in expedicione contra Turecum valde sollicita est et occupata. Unum tamen scimus omnino esse necessarium, qualitercunque v. s<sup>tas</sup> prorogacioni consenserit sub securitate nostra, qua a v. s<sup>te</sup> deserit minime formidamus et, stante qualicunque suspensione: quod v. s<sup>tas</sup> que sic itura est hoc mittat unum ex rev<sup>mis</sup>*

dominis cardinalibus plenissima potestate preditum. Hec quidem metuendissima dignitas et auctoritas pusillanimes animaret christianos et terrorem faceret hereticis, ut a bellis repellerentur. Parcat nobis v. s<sup>tas</sup>, si plus quam liceat dixerimus, pungit nos angustia et necessitas rei id requirit. Judicio nostro v. s<sup>tas</sup> talem rev<sup>mum</sup> patrem congruis expensis ita subordinaret per institutam, ut intelleximus, collectam in hoc regno et per tertiam partem pro fabrica basilice apostolorum in urbe reservatam ex indulgenciis nobis datis. Nos eciam defectus pro possibilitate nostra suppleremus, ita ut v. s<sup>tas</sup>, sancta quoque apostolica sedes non nimium gravari posset. Non dicimus ista teste altissimo propter nos duntaxat, sed catholica religio in hoc regno necessarissime talem requirit. Hec tamen noluimus dixisse rev<sup>mo</sup> Cretensi detrahendo, in quo tocius probitatis verum adest testimonium, qui huic cause benegerende optimus et prudentissimus esset pater, sed quia hac maxima dignitate et auctoritate plenissima non preditus parve reputacionis populo declaratur, maxime cum quasi paris condicionis presules sibi adversentur. Nec reprehendat nos v. s<sup>tas</sup> qui istius rev<sup>mi</sup> domini laudes et honores recitamus; dignus est quippe omni laude, agit enim sic nobiscum, ut toto corde eum diligamus. Ipse omnibus rebus anteponit honorem s<sup>tis</sup> v., justicie et fidei est integerrimus zelator. Nunquam post aurum abire voluit in consilio impiorum, quem utique v. s<sup>tas</sup> non tollet, quoisque, ut diximus, majorem statuerit. Ejus enim presencia nomine s<sup>tis</sup> v. inimicos nostros prohibuit, ut non potuerunt hucusque nocere sua prudencia faciente sine qua hec periclitasset civitas. Omnia ista in manus s<sup>tis</sup> v. ponimus, super quibus in brevi apud pedes v. s<sup>tis</sup> erit qui singula clarus declarabit etc. . . . . Datum die Lune secunda Januarii post nativitatem domini a<sup>o</sup> 1464.

Esch. fol. 194<sup>b</sup>—195<sup>b</sup>. Dahinter ein Schreiben der Breslauer an den Cardinal Franz Piccolomini mit der Bitte ihr Gesuch, das sie nicht im Wortlaut wiederholen wollten, weil der Papst es ihm ja doch zum Lesen gebe, zu befürworten. Hinter diesem auch ein Schreiben an Cardinal Cusa mit derselben Bitte, aber mit Wiederholung des Inhalts des an den Papst gerichteten Schreibens. Fol. 195<sup>b</sup>—196<sup>b</sup>. Vgl. für das Verhältniss des Bischofs zur Stadt VII. 101.

Legat Erzbischof von Creta erlaubt, dass Mitglieder des Breslauer Raths oder Gesandte der Stadt auch an Orten, die von einem ihm im Range Gleichen oder Niedern mit dem Interdict belegt sind, bei verschlossenen Thüren eine stille Messe durch einen nicht excommunicierten Priester dürfen lesen lassen, selbst vor Tagesanbruch, indess nicht lange vorher, (eciam antequam illucescat dies, circa tamen et prope diurnam lucem). — D. Wratislavie etc.

207.

1464 Januar 5.

Der Breslauer Rath meldet dem Papste neue Feindseligkeiten des Königs.

S<sup>me</sup> p. etc. Non omittimus occurribus nunciis scribere v. s<sup>ta</sup> a qua sola hujus civitatis solus et conservacio dependent, utque necessitas nostra requirit. Pridie Luna die secunda mensis Januarii juxta incluse copie tenorem scripsimus, nunc vero ille assertus rex Georgius diucius in Glacz moratus in Olomuncz ubi difference de suo introitu extiterant vadit, conducunt eum hujus episcopi oratores et alter Olomuncensis presul, venient ad eum quidam Slesie duces. [Non] nisi laborat ad ratificandum sedem suam, ut tandem nemo prevaleat adversus se; istis diebus intercepit et locavit munitissimum castrum in Slesia pecuniaria empacione et permutacione alterius obtentum, Furstenstein videlicet, clavem ad Slesiam. Machinatur nonnulla fortalicia consimiliter attrahere nos circumquaque latenter recludendo, ut tandem temporis oportunitate habita crudelius in nos possit seire; precipue anhelat quoddam opidum Brega dictum sub dominio illustris ducis Nicolai Oppoliensis situatum, a quo multa necessitas hujus urbis dependet, in quo flumen Odra ligna carbones nobis adducens obstruere satagit, et valde timemus, quod in ista dieta Olomuncensi id ad manus suas perveniat. Auxilium autem nostrum in deo et suo vicario sanctissimo nobis in relevamen et presidium hic in terris dato. Non alia nunc occurunt nisi juxta inclusas copias. Necessarium est, b<sup>me</sup> p., ut antequam mare v. s<sup>tas</sup> intret, huic truculentissimo sancte Romane ecclesie inimico cautissime provideat, ne sue voluntati libertas detur ad iniquissima opera sua, que in enervacionem tocius religionis catholice evomere conatur. Et supplicamus devotissime, quatinus v. s<sup>tas</sup> nos dignetur habere sub alis sue proteccionis et defensionis misericorditer recommisos; alias hiis derelictis nil cercius destruccióne nostra lamentabilissima, longissima memoria deploranda, unicum tamen et infallibile consolamen a v. s<sup>te</sup> spectamus consequendum. Valeat v. s<sup>tas</sup> pro incremento sue ecclesie et in destrucionem Turcorum et hereticorum pessimorum eradicacionem semper sit gloriosus vitor. Datum feria quinta in vigilia epiphanie domini scil. V die mensis Januarii, a<sup>o</sup> etc. LX quarto.

Esch, fol. 196<sup>b</sup>. Dahinter in gleichem Sinne an Franz Piccolomini. Als Einleitung zu dem folgenden Erlass des Legaten bemerkt Eschenloer fol. 197<sup>b</sup> über die Absichten Georgs: In mense isto Januario anno etc. LX quarto rex ille pretensus ad se castrum Fürstenstein obtinuit pecuniaria empacione et redempcione fucata et molliebatur Bregam consimiliter acquirere Legniczque Olssnam ex aliorum bonorum permutacione, quesivit redimere duci Legnicensi opidum Labin a duce Heinrico et duci dare pro Legnicz, ut circumcirca Wratislaviam obsideret. Dagegen erliess der Legat die folgende inhibicio.

208.

1464 Januar 11. Wratislavie.

Legat Erzbischof von Creta verbietet in Schlesien und beiden Lausitzten alle Besitzveränderungen befestigter Orte, durch die den Katholiken Schaden zugefügt werden könne.

Hieronymus . . . archiepiscopus Cretensis . . . Pii . . . pape secundi vicecamerarius, in regno Polonie necnon Slesie et Prussia cum potestate legati de latere ac diversis aliis

n. 205.



partibus . . . nuncius et orator universis christifidelibus presentes nostras litteras inspec-  
turis salutem in domino sempiternam.

Injuncti nobis officii debito pro viribus nostris satisfacere cupientes ad hoc nostros assidue diffundimus cogitatus, ut debite provisioni adhibeamus remedia, ne catholicis parcium istarum quorum nobis cura inter alia generalis commissa est, per quasvis eciam sub fuco seu colore justicie a quibuslibet excogitatas subordinaciones atque machinaciones quidquam valeat detrimenti seu eciam periculi in eorum statu personis rebus pariter atque bonis quomodolibet evenire. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulla opida castra fortalicia et alia loca munita in Slesie Lusatiae et aliis circumiacentibus partibus consistencia, per eorum dominos diversis hincinde ducibus principibus baronibus militibus militaribus terrigenis communitatibus universitatibus ac aliis eciam privatis personis impignerata et hypothecata pro diversis pecuniarum summis eisdem dominis per ipsas communitates seu universitates atque personas desuper mutuatis existant, que iidem domini a communitatibus universitatibus et personis ipsis ea in pignus et hypothecam hujusmodi tenentibus illis pecuniis hujusmodi restitutis redimere et liberare, ac nonnulli ex eisdem ducibus principibus baronibus et aliis personis ac eciam communitates seu universitates quedam sua loca bene munita hujusmodi et dictis catholicis propinquae ac alias talia quod exinde eisdem catholicis damna leviter possent inferri ac ipsi alias infestari, pro aliis locis forsan minus munitis ac a dictis catholicis distancioribus invicem permutare et cambire atque via permutacionis seu hereditarie vel sub titulo reempcionis vendere aut alias alienare proponant, nonnullis hereticis seu eorum fautoribus id, ut verisimiliter arbitramur, subordinantibus atque practicantibus, quatinus in impignoratis ipsis, cum redempta et liberata fuerint ac aliis municioribus et dictis catholicis propinquioribus locis hujusmodi ipsi heretici seu fautores eorum substitui et exinde catholici circumcirca cingi obsideri et tandem expugnari per hereticos et per fautores ipsos seu eisdem subjugari tanto facilius juxta perversam et iniquam eorundem hereticorum et fautorum machinacionem possent, in eorundem catholicorum tociusque sancte christiane religionis non modicum detrimentum, quod deus avertat: Nos igitur universis et singulis dominis ducibus principibus baronibus proconsulibus capitaneis consulibus collegiis capitolis conventibus communitatibus universitatibus et aliis eciam singularibus personis per Slesie et Lusatiae Superioris et Inferioris videlicet Sex Civitatum ac alias partes antedictas ubilibet constitutis tam secularibus quam ecclesiasticis, eciam regali reginali pontificali seu alia quavis ecclesiastica vel mundana preditis dignitate, legacionis nostre et eciam apostolica nobis in hac parte commissa auctoritatibus harum serie districcius inhibemus, ne illi ex eis quorum opida castra et alia loca munita hujusmodi impignerata seu alias alienata fore noscuntur, illa redimere vel alias recuperare, illi vero qui eadem loca taliter impignerata vel alias tenant et possident, eciam oblata vel restituta sibi tota pecunia desuper mutuata illa cuiquam restituere nec eorum vel aliorum predictorum aliquis quecunque loca munita et dictis catholicis vicina sic ut prefertur cambire permutare vendere seu alias quomodolibet alienare, neque proconsules consules et communitates seu universitates aliquibus seu alicui qui forsan opidis

castris et locis contra hujusmodi nostram inhibicionem redemptis restitutis permutatis seu alias alienatis ut prefertur preficerentur, fidelitatis juramenta et homagia prestare, nisi prius . . . papam . . . nos vel alium legatum seu nuncium et oratorem his in partibus pro tempore constitutum super his omnibus et singulis consuluerint et . . . desuper licenciam obtinuerint, quoquo modo presumant . . . Mit vielen Worten wird darauf gegen die Zuwiderhandelnden Bann und Inderdict angedroht bis zur Rückgängigmachung der schon abgeschlossenen Veränderungen, die alle für nichtig und rechtsunverbindlich erklärt werden. Bei Strafe der Excommunication wird allen Geistlichen befohlen das Verbot in den Kirchen in der Landessprache bekannt zu machen und die Namen derer, die etwa wegen Nichtbeachtung dem Bann verfallen seien, als gebannt zu verkündigen. — D. Wratislavie . . . a<sup>o</sup> 1464 . . . die undecima mensis Januarii etc.

Esch. fol. 197<sup>b</sup> — 199<sup>b</sup>.

209.

1464 Januar 13.

Der Breslauer Rath bittet den Papst wiederum um einen Cardinalallegaten und kündigt die Rückreise des Erzbischofs von Creta an.

S<sup>me</sup> p. etc. Scripsimus his diebus rerum nostrarum condiciones et que pro conser- n. 205 u. 207. vanda hujus regni religione atque nostra proteccione requirantur v. s<sup>ti</sup> humilime pat- fecimus. Nunc vero majore necessitate incumbente qua sine dubio futura estate afflic- turi passurique sumus a fidei hostibus ex quotidiana eorum disposicione avisati, qui practicis suis in dies destruccióni nostre insudant, ut non abs re comunicato consilio concluserimus extrema necessitate suadente rev<sup>nūm</sup> d. archiepiscopum Cretensem ad pedes s<sup>ti</sup> v. quantocius iturum esse et declaraturum formidabilia que adsunt in destrucciónem fidei et christiane obediencie. Hec quemadmodum gravitas requirit sic non possunt scriptis detegi v. s<sup>ti</sup>, sicut sua rev<sup>ma</sup> dominacio his experiencialiter edocta poterit viva voce reserare; erat itineri proxima, sed intervenientibus mandatis s<sup>ti</sup>s v., bulla quidem cruciate adversus Turcos — utinam contra hos sevissimos hereticos extirpandos! — quorum sua rev<sup>ma</sup> dominacio omni invigilat studio et fervet execucioni, ut propterea recessus aliquandiū oporteat differre, in confiniis quoque ac aliis provinciis ubi ean- dem faciet promulgari juxta demandata sibi diuincis forsitan tardabit. Verum rex per- fidus in Olomuncz nunc existens pro suis rebus, ut suscepimus, prorogacioni consueta intercessione innititur ac ea in enervacionem sancte religionis concepit animo pontifici- bus heu assistentibus, que inter nos plurima disceptacione ruminata ob bene gerenda- rum rerum habitudinem v. s<sup>ti</sup> necessario sunt manifestanda, licet propter litterarum eventum istis non inserta, non minore formidine Turcis censenda nec aliter medenda nisi ut sepenumero scripsimus. V. s<sup>tas</sup> antequam felicem attigerit in eundem Turcum recessum, hoc in loco constituat sacerrime cardinis tiaram eciam sub maxima gravitate auctoritateque preditam; hic solus uti sublimis ecclesie princeps sua presencia digni- tate et auctoritate hujus regni populum ab heresi valde labefactum defendet et ab omni

morbosa contagione conservabit illesum; multum enim valet auctoritas, facies quoque hujus terribilis. Nec credimus hoc nisi exaltacionem et non gravamen posse inferri sancte sedi apostolice, cum v. s<sup>tas</sup> per colligendam cruciate pecuniam in hac dioecesi vel regno operaque nostra que humanissime porrigeremus tante dignitatis patrem intuitelam christianorum necessarium hic conservaret, qui profecto nedum Bohemorum sed aliorum populorum aspera facere posset plana. Loquimur experti qui consideramus presules paris fere condicionis huic rev<sup>mo</sup> d. Cretensi in cunctis provisionibus malo zelo adversari quod contra majorem minime possent attemptare. Sensit hic rev<sup>mus</sup> d. Creten-sis, quomodo rex nos circumvallare nititur castra opida fortalicia et munitissimas urbes empacione permutacione et suggestionibus diabolicis acquirendo; ne in nostram majorem deveniret conclusionem, confecit saluberrimos processus inhibicionum contra hujusmodi bonorum alienacionem. Utinam obediencia prestetur eisdem! Dirigemus idcirco secretarium quandam talia et que interea succedent coram v. s<sup>te</sup> fideliter relaturum. Quare humilime et devotissime supplicamus v. s<sup>ti</sup>, quatinus lacrime quas singultuose diffundimus, introeant in conspectu s<sup>tis</sup> v. et misericordiam exaudicionisque clemenciam nobis impetrent, ut, antequam felicissime vadat in Turcum, nostre provideat saluti et securitati et prefate provisioni que prenecessaria est misericorditer intendat, ne in absencia pastoris maximi lupus rapacissimus per bellorum continuos anfractus hoc suffodiatur ovile et pereant effuso sanguine oves fideles in destrucionem ecclesie terribilem et offensissimam. Sique interea nove porrigerentur quovismodo pro eo peticiones, dignetur v. s<sup>tas</sup> responsum et determinacionem suspendere, donec vel prefatus rev<sup>mus</sup> d. Cretensis, fidelissimus ecclesie atleta, vel mittendus noster coram apparuerit. Salus nostra in vicario Jhesu Christi in cuius manus omnia ista corpora et animas nostras locamus, et omnia que possidemus pedibus suis beatis prosternimus, a quibus salvari et defendi ab hostibus in laudem ecclesie firmiter speramus. Valeat idem vicarius sanctissimus Pius pontifex maximus, dominus noster graciosissimus, pro unica nostra consolacione et conservacione. Datum die XIII Januarii a<sup>o</sup> etc. LX quarto.

Esch. fol. 207<sup>b</sup>—208<sup>a</sup>. Ebenso auch an den Cardinal Franz Piccolomini. In der Schilderung der dem christlichen Glauben drohenden Gefahr ist folgende Stelle hervorzuheben: Intelligit v. rev<sup>ma</sup> dominacio quam periculose hec perniciosissima heresis succrexit, ut eciam magni generis viri nunc eam amplectuntur qui prius uti venenum eandem nauseabant, suggeritur et allicitur simplex populus qui quotidie clericali dignitati redditur odiosior more Bohemorum bona illius siciens. — Fol. 208<sup>b</sup>—209<sup>a</sup>.

Antwort des Bischofs Jost von Breslau auf die in Bezug auf n. 208 an ihn ergangene Aufforderung.

Rev<sup>me</sup> p. etc. Scripta michi transmissa per v. rev<sup>man</sup> paternitatem necnon plebano predicatori et civitati Nissensi directa una cum processibus et his que michi per paternitatem v. rev<sup>man</sup> cum archidiacono Opuliensi secretario nostro nunciata sunt, intra me persatis revolvi pariter et illa que michi hic nunc occurrunt. Idcirco paternitatem v.

plurimum rogo, dignetur hanc quam fecit erga me plebanum meum et ceteros requisicionem suspendere, et ne premencionati processus exequantur paternitas v. consenciat, donec v. rev<sup>mam</sup> paternitatem quanto celerius potero de illis avisem que michi plurimum videntur necessaria. Ex tunc paternitas v. rev<sup>ma</sup> habebit rationem quid fieri expedit; et si placet ut veniam, dignetur michi v. rev<sup>ma</sup> paternitas de securitate sufficienti providere; si autem comode venire propria in persona non potero, altissimo dante mittam aliquem michi fidelem. Cum his v. rev<sup>mam</sup> paternitatem bene valere cupio. Responsum v. rev<sup>me</sup> paternitatis presencium cum exhibitore [exspecto]. Ex Nissa die Mercurii XVIII Januarii a<sup>o</sup> etc. LXIII<sup>to</sup>.

Esch. fol. 207<sup>a-b</sup>.

211.

1464 Januar 19. Wratislavie.

Der Legat erwidert auf n. 210.

Reverende pater! Accepimus litteras vestras quas pro honore vestro libencius noluissemus habere. Cupitis enim suspendi inhibicionem nostram sive verius sancte sedis apostolice in facto alienacionis fortaliciorum etc. Credat paternitas v., quod mature sancte et necessarie illam protulimus et voluissemus cieius ipsam edidisse, nec expedit ut publicacio illius eciam per horam suspendatur. Occurrant quecunque velint, paternitas v. scit ea que ipsam movent, nos autem pariter illa quibus concitamus et tenemur adhoc, ne contumaces erga sedem apostolicam cui obedire intendimus eciam in minimis videamur. Unde requirimus et mandamus paternitati v. in virtute sancte obediencie et juramenti prestiti apostolice sedi et sub pena excommunicacionis late sentencie quam in his scriptis si contrafeceritis canonica admonitione premissa ferimus, quod infra tres horas quas unam pro primo, aliam pro secundo, terciam pro ultimo et peremtorio termino prefigimus, paternitas v. a primo ortu solis post receptionem istarum in ecclesia principali Nisse, quando inibi ad divina major multitudo populi fuerit congregata, alias ad sonum campane convocentur, inhibicionem prefatam nedum permittatis, verum eciam publicari intelligibiliter faciatis, non obstantibus excepcionibus quibuscumque, ne fideli populi circumveniri sathanae machinacionibus possint. Item quia scribitis capitulo debere celebrari certain dietam in Grotkow pro differenciis vergentibus inter partem vestram et ducem Nicolaum, super quo plura consideravimus, que et intelligimus et ab aliis intelligi non debet paternitas v. dubitare. Ideo sub virtute et penis prefatis quas ipso facto si contrafeceritis incurrit mandamus, ne in terris et locis ecclesie vobis et fidei vestre confise faciatis aut sinatis fieri convenciones congregaciones aut dietas, in quibus aliqui non subditi vestri convenient et maxime qui sancte sedi apostolice et mandatis s<sup>m</sup> d. n. vicarii Christi non inhæreant aut cum eisdem discordes sint, quacunque seu quali et quantacunque dignitate prefulgeant seu prefulgere dicantur, quoad usque super hoc nostram aut apostolice sedis expressam licenciam habueritis, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus quibus auctoritate legacionis nostre et specialius nobis in hac parte commissa penitus derogamus. Suademos ne paternitas v. invol-

vat se majoribus intricacionibus et credat nos solide in negociis istis procedere. Quando-cunque placuerit dominacioni v. hic esse, ob alia semper eandem libencius videbimus et amplectemur. Valete in domino. Wratislavie die XVIII<sup>a</sup> Januarii a<sup>o</sup> etc. LXIII<sup>o</sup>. Statuimus has litteras paternitati v. apertas et mediocri nostro sigillo munitas per notarium ipsarum latorem transmittere, bona de causa.

Esch. fol. 207<sup>a</sup>.

212.

1464 Januar 20.

Der Breslauer Rath verklagt den Bischof Jost beim Papste.

n. 209.

S<sup>me</sup> p. etc. Post alias litteras nostras supervenit quod suspicabamur propter processuum execucionem quam episcopus Wratislaviensis mandato rev<sup>mi</sup> d. Cretensis, ymmo verius v. s<sup>ta</sup> requisitus facere debebat; magna fuit necessitas horum execucionis qui in effectu continebant, ne fideles alienacionem aliquam opidorum castrorum aut fortaliciorum in manus non adherencium obediencie Romane ecclesie tradendorum consentirent. Latenti enim ingenio et dolosa practica rex acquirere conatur opidum quoddam insigne Brega dictum ad nos angustiandum et flumen nostrum intercludendum. His suis practicis heu multa nunc possidet castra in Slesia! Ista considerans rev<sup>mus</sup> d. noster Cretensis sua sapientia et dileccione qua religionem sanctam amplectitur inhibicionem fieri demandavit, quam omnes Slesite suscepérunt publicaveruntque preter episcopum nostrum qui sua ficcione, ut prius consueverat, execucionem impedivit. Novimus ex isto quod prius sub fuco tenebatur occultum, quibus v. s<sup>ta</sup> poterit considerare quam spem habere possumus in episcopo isto qui statuit dietam et convencionem in opido ecclesie sue nobis per mediam dietam propinqu<sup>o</sup>) ad proximam diem terciam mensis Februarii, in qua rex constituetur, non ob aliam causam nisi ut predictum opidum Brega in destruccionem nostram consequatur. Ideoque petimus humilime et devotissime, quatinus s<sup>ta</sup> v. dignetur nobis providere, ut pastoris prefati officio non pereamus, et alias nos oculis misericordie respicere et protegere vestros peculiares filios et servidores. Valeat v. s<sup>ta</sup> in unicam consolacionem nostram. Credimus prefatum dilectissimum patrem nostrum Cretensem de his clariorem mencionem facere. — Datum in die beatorum Fabiani et Sebastiani a<sup>o</sup> etc. LX quarto.

Esch. fol. 208<sup>a-b</sup>. Am selben Tage schrieb der Rath auch an die Cardinäle Cusa und Franz Piccolomini und bat sie um ihre erneute Verwendung, damit der Papst die Stadt nicht im Stiche lasse. Fol. 209<sup>a</sup>. In Bezug auf Brieg vgl. n. 207.

---

<sup>1)</sup> In Grottkau. Der Tag kam nicht zu Stande.

213.

1464 Januar 20.

Credenzbriefe des Breslauer Rathes für honestum Fabianum Hanko secretarium nostrum fidelem dilectum als Procurator am päpstlichen Hofe, einer an den Papst und einer an die einzelnen Cardinäle und andere einflussreiche Personen. D. XX mensis Januarii a<sup>o</sup> etc. LXIII.

Esch. fol. 221<sup>b</sup>—222<sup>a</sup>. Vgl. n. 209. Hanko reiste in Begleitung des Erzbischofs von Creta über Berlin. Vgl. n. 215 u. 217, während der Bote Nicolaus mit den Briefen direct nach Italien gieng. Wie der Sekretär des Erzbischofs von Creta Thomas de Cassinis am 3. März aus Siena meldet, war Nicolaus dort am 1. März angekommen, hatte seine Briefe an der dort weilenden Curie abgegeben und war dann nach Rom gereist, um den dort zurückgebliebenen Cardinal Franz Piccolomini aufzusuchen. Roppan 26<sup>sss</sup>. Vgl. n. 227.

214.

1464 Januar 29. Rome.

Pius II. hebt den Bann gegen die preussischen Rebellen in Bezug auf Breslau auf.

Pius papa II.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem! Inclinati supplicationibus vestris et ex nonnullis aliis bonis causis animum nostrum moventibus censuras et interdicta contra quoscunque rebelles ordinis Prutenorum de liga nuncupatos ac ejus adherentes et fautores latas et imposita tenore presentium quo ad vos et civitatem istam vestram ac districtum ejus tantum et dumtaxat suspendimus usque ad beneplacitum nostrum, contrariis non obstantibus quibuscunque. — D. Rome apud s. Petrum sub annulo piscatoris die XXIX Januarii 1464 pont. n. a<sup>o</sup> sexto.

Stadtarchiv CC. 18.0<sup>1</sup> Or. Sieg. Perg. Auch bei Esch. fol. 12<sup>a</sup>. Vgl. n. 196 u. n. 233 B gegen Ende.

215.

1464 Januar 29. Ex cartusia Frankenfordis.

Legat Erzbischof von Creta an den Breslauer Rath über seine Zukommenkunft mit Markgraf Friedrich und in Bezug auf die Appellation des Bischofs Jost.

Magnifici ac providi amici, in domino dilectissimi. Accepimus hoc die litteras vestras omni caritate plenas, per quas inter cetera intelleximus appellationem d. episcopi a mandato nostro nec non et pariter per litteras sue paternitatis, ob quam rem, licet non habuerimus appellationem ipsam in forma, prout fieri potuisse, tamen vigore litterarum ipsius domini episcopi coram testibus immediate notarium nostrum rogavimus, qualiter tali appellationi nullo modo deferimus immo ipsam qualiscunque sit tamquam frivola et inanem rejicimus, ac sic notari fecimus, ut cum opus fuerit id ostendere valeamus.

Scriptores rerum Silesiacarum. IX.

(vacant.)  
n. 208.

Scribimus quoque d. doctori nostro<sup>1)</sup> ac conjunctim d. preposito et cantori, ut in ipsa re procedant quemadmodum eis videtur de jure expedire et non obstante tali nulla appellatione provideant necessitati. Fuimus hic excepti in carthusia propter pestem honorifice et humanissime ab hoc excellenti principe, qui personam nostram visus est libentissime videre, prout nobis dubium non erat. Tractavimus cum eo occurrentia et nobis injuncta, sicque consilio sue excellentie cras deo dante iter versus Magdeburg capiemus, ut ibi cum domino primate ordinemus, ut bulla cruciate s<sup>m</sup>i domini nostri ubi opus est publicetur ac cetera fiant juxta mandata ejusdem s<sup>m</sup>i domini nostri. Inde ob hanc eandem caussam versus Lubyk proficiscemur ac per stagnales alias civitates ad Stetin ac deinde huc veniemus. Hoc tamen penes vos sit, quod ideo significamus, ut si aliqua occurant, sciatis progressum nostrum et possitis nuntios aut litteras ad nos dirigere.

n. 213. Veniet nobiscum Fabianus quoque per rectam viam et sibi commodam ibimus, ipsumque in itinere expediemus sperantes omnia bene successura. Non deerimus vobis usque ad mortem, et de hoc certissimi sitis, neque erimus absentes sed semper tamquam presentes et rebus vestris consulentes. Processus ille quem postulatis ut vobis mittamus non est penes nos, significamus autem d. doctori nostro ubi sit, et ab eo cum redierit ipsum habere poteritis. Si tamen interim illo indigeretis, potestis a Novoforensi aut Legnicensi vel a duce Albo aut aliis amicis unum habere<sup>2)</sup>. Litteras alligatas ad cantorem Cracoviensem commendamus vobis domino capitaneo, ut per primum fidum illuc euntem illas transmitti curetis. Alia non sunt, non possunt singula scribi. Hortamur autem ut bono animo sitis in deo sperantes, qui vos non deseret in tempore malo. Valete felices in domino et pro nobis deum ut pro vobis omnibus devote orantes. Ex cartusia Frankenfordis die XXVIII. Januarii a<sup>o</sup> etc. LXIII.

Litteras ad d. doctorem nostrum quo commodius potestis mittite, non tamen per speciale nuntium. Hieronymus archiepiscopus Cretensis legatus etc.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>pppp</sup>. Esch. fol. 209<sup>b</sup>. Or. Sieg. Pap. Zu den Andeutungen, die der Erzbischof in diesem und den folgenden Briefen über ein mit dem Markgrafen Friedrich von Brandenburg besonders zu betreibendes Geschäft macht, vergl. den Brief des Markgrafen Albrecht vom 24. Februar 1464 bei v. Hasselholdt-Stockheim Herzog Albrecht IV. von Bayern, Beilagen p. 654. Diesen Brief hatte früher Höfler im Kaiserlichen Buch p. 94 ohne Datum und unvollständig mitgetheilt, Droysen Preuss. Politik II, 1. 320 ihn ergänzt.

## 216.

1464 Januar 31. Rome.

Cardinal Franz Piccolomini antwortet dem Breslauer Rath auf n. 202 mit allgemeinen Tröstungen und Losprüchen auf den Erzbischof, dem auch der Papst in jeder Beziehung vertraue. Rome die XXXI Januarii 1464.

Esch. fol. 222<sup>b</sup>.

<sup>1)</sup> Sein in Breslau zurückgelassener Substitut Baltasar de Piscia, der aber damals in besonderem Auftrag in Polen war, wie sich aus n. 221 ergibt. Die beiden andern sind Nic. Tempelfeld und Joh. Düster. Vgl. auch Urk. Beitr. n. 314.

<sup>2)</sup> Sollte damit n. 208 gemeint sein?

217.

1464 Februar 2. Ex Berlin.

**Der Legat Erzbischof von Creta an den Breslauer Rath in Bezug auf die Appellation des Bischofs Jost.**

Nach Recapitulation seines letzten Briefes (n. 215) fährt er fort: Hodie huc applicuerunt notarius et alii ex parte d. episcopi et appellationem sine mandato tamen insinuaverunt et eam in scriptis porrexerunt, quam quantum admiserimus videbitis ex instrumento superinde confecto quod ad vos transmittimus. Lavimus quoque eidem licet absenti in presentia suorum ac nostrorum et aliorum etiam caput optime bis, prout meretur, voluisseusque id libentius in conspectu suo fecisse. Omnia audavit lator presentium, qui et diligens fuit in commissis et singula referre poterit, cui etiam obtulimus, si aliquo indigeret; dixit se bene esse provisum.

Expedivimus abhinc Fabianum<sup>1)</sup> in dei nomine, qui cras recedet, et nos quoque ulterius prosequemur; mittimus s<sup>mo</sup> domino nostro copiam appellationis et responsi nostri rogamusque sanctitatem suam, ut talem appellationem non admittat tanquam catholicis perniciosissimam, alia quoque necessaria significamus sanctitati sue, que saxa ipsa movere poterunt, si possibile est quod moveantur, speramusque quod singula bene dirigentur, propter quod hortamur, ut bono animo sitis et in deo sperantes qui vos sua pietate non deseret.

Non scribimus aliter d. doctori nostro, quia absens est, neque d. preposito et cantori, quia he communes esse poterunt.

Si aliquem ad nos missuri estis, ordinate quod per Marchiam versus Lubyk veniat, nam per aliam viam iter omnino tutum non est. Significate quoque nomine nostro Bartholomeo Scheirlin, ut si alias ex Venetiis litteras ad nos habuerit, illas vobis cum vestris ad nos dirigendas consignet.

Credimus circa medium Martii aut omnino ante Pasca constitui circa partes istas non longe a vobis, quod etiam eo tempore certius vobis significabimus. Alia non sunt. Valete felices in domino nostri memores in orationibus vestris. Ex Berlin Marchie die II<sup>a</sup> Februarii a<sup>o</sup> etc. LXIII.

1. April.

Hieronymus archiepiscopus Cretensis legatus etc.

Ob celerem nuntii expeditionem non fui recordatus facere vobis verbum de brevibus expeditis pro vobis per d. Thomam capellanum meum super facto censurarum: hic illa (n. 196?) habebitis et litteras ejusdem d. Thome. Aperui breve, ut si fuisset defectuosum, potuissem in curia corrigi facere.

Idem archiepiscopus legatus etc.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>qqqq</sup>. Or. Sieg. Pap. Im Anschluss daran und vom selben Datum ein Schreiben vom erzbischöflichen Sekretär Joh. Surianus an Eschenloer, worin er mit vielen Worten seine und seines Herrn grosse Zuneigung zu Breslau betheuert und die in einem Privatbriefe Valentin Hau-

<sup>1)</sup> Ein jetzt verloren gegangenes Schreiben Fabian Hankos vom 3. Febr. im Auszug bei Klose Gesch. v. Breslau II, 1. 238 meldet, dass er über Leipzig und Nürnberg reisen werde; er werde dem Papste über die Appellation des Bischofs, der schlimmer sei als ein offensbarer Ketzer, mündlich Bericht abstatten.

nolts an den Legaten ausgedrückte Klage, dass sie nicht mehr nach Breslau zurückkehren würden, wenigstens in Bezug auf ihren guten Willen zurückweist. Zum Schluss Grüsse an den Rath und im Besondern an Joh. Perger und Philippum nostrum (wohl Ph. Dachs). Or. im Stadtarchiv Roppan 26<sup>rrr</sup>. Am 13. Februar bedankt sich Eschenloer für diese ihn ehrende Freundlichkeit und berichtet von mancherlei Nachreden, die vom Bischof Jost und Anderen bei einer in Glaz gehaltenen Versammlung gegen den Erzbischof gefallen seien. Man habe auch mit dem Hinweis, dass der Legat nimmer mehr wiederkommen werde, den Rath aufgefordert sich dem König doch jetzt zu nähern, aber Breslau werde standhaft bleiben. Es sei doch sehr gut, dass die ursprüngliche Absicht des Erzbischofs, aus Furcht vor etwaigen Feindseligkeiten von Seiten der Gegenpartei heimlich abzureisen, nicht zur Ausführung gekommen sei; dann würde man noch mehr Anlass zur Verdächtigung gehabt haben. Esch. fol. 211<sup>b</sup>—212<sup>b</sup>. Ueber die Abreise des Legaten vgl. VII, 102. — Am 1. April erwidert Surianus aus Leipzig, dass sie nun direct nach Rom reisen würden, alles Uebrige würde Anton Hornyngk mittheilen, der im Auftrage des Raths dem Erzbischof nachgereist war, vgl. n. 232. Esch. fol. 222<sup>a</sup>.

218.

1464 Februar 3. Berlin.

**Antwort des Legaten Erzbischofs von Creta auf die ihm durch den Notar des Bischofs Jost in Berlin überreichte Appellation in Bezug auf n. 208.**

A.

Suscepimus per vos dominum Nicolaum notarium d. episcopi Wratislaviensis appellationem interpositam per ipsum ac clerum suum de Nissa ejus ductu et consilio a nostris seu verius apostolicis inhibucionibus et mandatis, et licet non habeatis mandatum ad hujusmodi appellationem nobis insinuandam, ne tamen videamur subterfugere quod nostri officii est, dicimus nos non deferre appellationi hujusmodi, quantum in nobis est istis in partibus constitutis, nec jure legacionis nostre, cum non discesserimus animo non revertendi, nec jure delegacionis nobis facte per s<sup>num</sup> dominum nostrum particulariter, ut scilicet hec et alia faciamus que ad tutelam et conservationem catholicorum sint etc., cum ubique constituti id facere ex officio valeamus, quod ea ratione facimus, quia episcopus requisitus a nobis apostolico legato debuit obedire superiori nec velle plus sapere quam oporteat. Quod si aliqua urgens causa sibi commissa a s<sup>mo</sup> domino nostro ob hoc impedimentum, ut dicit, aut perturbationem facile subsequi potuisse, debuit, si recte incedit, quando nos de suspensione requisivit et nunc in ipsa appellatione vel secrecius, si res ita exquirit, illam causam nobis apostolice sedis legato cui illa provincia et majora commissa sunt significasse, eam declarasse, pericula que in illa minus votive exequenda occurront nobis intimasse, ut perceptis rebus potuisse et processus illos suspendere et nunc appellationi deferre, quantum cum deo et honestate ac rerum exigencia possemus et conveniret. Verum cum nil nobis particulariter sed confuse subterfugiose et generaliter dixerit aut declaraverit, propter quod debeamus hujusmodi frivole et inani appellationi ymmo minus catholice deferre, cumque nuncis solicitaverit, ne duces et communitates Slesie illam admittant, quod per maxime suspicionis argumentum est: ideo eam non admittimus neque deferimus eidem

ob multa que suis loco et tempore et ubi magis congruet declarabimus; ymmo intendimus et ita per presentes mandamus sub penis in processibus nostris desuper habitis contentis, quod substituti seu subdelegati per nos nomine sancte sedis apostolice in Wratislaviensi civitate et quilibet eorum in solidum debeant exequi quod incepimus et id perficere, ac omnes et singulos inobedientes rebelles et adversantes seu qui adversati sint inhibicioni et mandatis nostris publicari facere excommunicaciones et censuras alias incidisse ipsosque evitari mandare ac ulterius contra tales rebelles et contumacces procedere, prout juris est. Protestantes ex nunc coram vobis dominis notariis et testibus, quod non intendimus per hunc aut alium actum quem fecissemus forte facimus aut faceremus, derogare in aliquo substitucionibus aut subdelegacionibus per nos factis his quos in Wratislaviensi civitate ad hec et alia facienda que nobis injuncta sunt et ex officio debuimus substituimus subdelegavimusque, protestantes atque rogantes et requirentes vos, notarium d. episcopi prefati, ut responsionem nostram hujusmodi instrumento vel instrumentis per vos desuper conficiendis fideliter inseratis, rogantes eciam eundem d. episcopi et nostrum notarios, ut super his omnibus et singulis unum vel plura publicum vel publica ac tot quot necessaria fuerint conficiatis instrumentum et instrumenta cum clausulis necessariis et oportunis ac alias vos, domini notarii et alii hic presentes, verum de eisdem premissis omnibus et singulis testimonium prebeat.

Esch. fol. 222<sup>b</sup>—223<sup>a</sup>.

## B.

Das darüber ausgestellte Notariatsinstrument des Legaten, gerichtet an seinen Procurator Balthasar von Piscia und den Dompropst Johannes Düster und den Domkantor Nicolaus Tempelfeld, stimmt mit der vorstehenden Antwort überein, nur dass es noch ausser dem Bischof und dem Neisser Clerus im Allgemeinen persönlich Johannes Balko plebanus parochialis ecclesie und Martinus predictor als Appellanten bezeichnet und deshalb excommuniciert. D. in Berlin . . . in castro illustris principis d. Friderici m. Br. a° 1464 ind. XII, die vero tercia mensis Februarii . . . presentibus . . . Johanne Sommerfelt plebano Wratislaviensi, Francisco Basilio, Johanne de Arimino, Fabiano Hanko et Johanne de Erpel clericis Ratisponensis et Trajectensis diocesis. Ausgefertigt vom erzbischöflichen Notar Johannes Noll clericus Coloniensis dioc.

Stadtarchiv CC 23<sup>b</sup>. Or. Perg. Das Siegel des Erzbischofs sehr gut erhalten.

219.

1464 Februar 3.

Der Breslauer Rath an den Papst. Bitte einer Intercession zu Gunsten des Königs nicht eher nachzugeben, als bis er von Breslau noch nähere Nachrichten erhalten habe.

S<sup>me</sup> p. etc. Significavimus superioribus diebus per binas litteras que occurrebant, nunc vero pretensus rex in Olomuncz curiam tenens pro suis rebus, sicut habunde suscepimus, prorogacioni et fictis exhibucionibus consueta intercessione innititur ac ea

concepit animo que inter nos plurima disceptacione ruminata ob bene gerendarum rerum habitudinem v. s<sup>ti</sup> necessario sunt manifestanda, licet propter litterarum eventum presentibus non expressa; statuimus tamen post has hec singula quippe in enervacionem et perniciem fidei tendencia v. s<sup>ti</sup> quam cicius et fidelissime detegere. Ideoque, b<sup>me</sup> p. quemadmodum summa expostulat necessitas, v. s<sup>tem</sup> humilime et devotissime exoramus, quatinus susceptis et intellectis quibuscumque modis aut intercessionibus ab et pro illo homine favorose porrectis vel porrigenidis v. s<sup>tas</sup> dignetur differre respcionem et determinacionem, quo ad usque a nobis suis humilimis et fidelissimis famulis hac de re clariorem habuerit declaracionem, quam profecto catholicus iste status necessarissime requirit. Valeat v. s<sup>tas</sup> pro christianorum consolacione et nos misericorditer habeat recommendatos. D. die III. mensis Februarii a<sup>o</sup> etc. LXIII<sup>to</sup>.

Esch. fol. 209<sup>a-b</sup>. Damals war der König schon wieder aus Olmütz zurück in Glatz; in Olmütz war er in der ersten Hälfte des Januar gewesen, vgl. n. 207 u. 209. Ueber seinen Aufenthalt in Glatz vgl. n. 220. Dass er am 10. Februar in Glatz war, bezeugt eine Urkunde bei Sommersberg I. 1075.

## 220.

1464 Febr. 6.

Der Breslauer Rath antwortet dem Legaten Erzbischof von Creta auf n. 215.

Nach den einleitenden Danksagungen und Betheuerungen heisst es: Cognovimus, quod v. rev<sup>ma</sup> dominacio non consensit appellacioni episcopi sed eam rejicit, que frivola temerario ausu interposita est hereticis in favorem et auxilium, nostrum quoque extermimum odiosum, certe dignam sanctam et equissimam censemus hujusmodi rejeccionem nec nisi honori dei s<sup>mi</sup> domini nostri et insigni nomini v. rev<sup>me</sup> dominacionis cedere poterit. Consuluit v. rev<sup>ma</sup> dominacio, ut judices domini prepositus et cantor provideant necessitati non obstante nulla appellacione tali. Isti statuerunt adhuc differre et supersedere, donec novissimus nuncius noster a v. rev<sup>ma</sup> dominacione redierit, sperant enim ipsi, ut post intellectam appellacionem malam, que per secretarium et publicum notarium episcopi v. rev<sup>me</sup> dominacioni insinuanda transmissa est, laciis a v. rev<sup>ma</sup> dominacione informabuntur. Suscepimus circa hanc rem commissionem sigillatam v. rev<sup>me</sup> dominacionis docentem judices quid facturi sint, que admodum nobis placet; sed sine dubio in ea sola negligencia ommissum est nomen episcopi, quod impedit, ut nunc ipsa commissio locum habere non possit. Ceterum de honorifica suscepcione in Frankfurt tum per preillum principem tum per populum gavisi sumus valde, nec aliter decet bonos christianos quam omni veneracione apostolicos honorare legatos, licet quod dolenter referimus in hoc regno et nunc maxime faciente episcopo isto hujusmodi cassatur exhibicio christiani debiti. Nil dulcius in auribus nostris, quod ymmo corda nostra letificat, quam intelligere honorem sancte sedis apostolice et v. rev<sup>me</sup> dominacionis. O quam dulcissima verba que in litteris v. rev<sup>me</sup> dominacionis gustavimus; lectitavimus quoque jocundissimis mentibus de progressu quo tendet ibit et redibit

v. rev<sup>ma</sup> dominacio, quod intra secreta nostra cum letissima meditacione clausa pensitamus. Litteras allegatas juxta commissionem mittemus. De Fabiano nostro quem v. rev<sup>ma</sup> dominacio per commodam viam mittet bene contenti sumus, qui et in commissis habet, ut omnia juxta informacionem v. rev<sup>me</sup> dominacionis fideliter exequatur. Preterea rex ille sabbato supra post conversionem s. Pauli venit in Nissam et cum episcopo 28. Januar. dominica altera die celebravit convivia. Clerus Nissensis in presencia ejus noluit celebrare divina, sed episcopus ornamenta et ecclesiam suam parochialem sibi et pseudo suis ad cantandum missas concessit. Postea secunda feria die Lune ante purificacionis 30. Januar. Marie ex Nissa in Glacz ubi nunc est et ad tempus manebit profectus est. Temptat hic rex, ut v. rev<sup>ma</sup> dominacio noscit, suggestione episcopi multa opida castra in obsidionem nostram locare supra civitatem hanc et sub in flumine isto constituta; de Brega scit vestra dominacio, timemus id in manus ejus deventurum. Nunc aliud anhelat castrum Awras dictum quod Albus dux impigneratum longo tempore possedit in flumine subtus civitatem istam situatum per tria miliaria. Ideo, rev<sup>me</sup> domine, juxta suspensionem primorum processuum et mandata apostolica videretur esse necessarium, quod tales processus ob hujusmodi manifestam machinacionem et innovacionem reducerentur. Nam manifesta bella non possent sic nos offendere sicut tales occulte machinaciones. Quam ob rem humilime supplicamus, quatinus v. rev<sup>ma</sup> dominacio super his velit nobis consulere. Nam processus novissimi de non alienando castra etc. non accipiuntur nec advertuntur propter iniquam appellationem hujus episcopi; agat nobiscum more solito v. rev<sup>ma</sup> dominacio in quam sicut optimum patrem nostrum speramus, et valeat sicuti optamus, litteris quoque suis non recuset nos consolari. D. in die s. Dorothee a<sup>o</sup> etc. LXIII<sup>to</sup>.

Post has intelleximus quomodo episcopus iste apud plures et magnos viros istis diebus gloriatus est et missas in Nissa solemnes statuit decantari, quia imperator effecisset apud s<sup>mm</sup> dominum nostrum talia que huic regno et regi cederent ad honorem, et omnia bene deberent succedere, sed nichil specificatum est quid sit aut quomodo imperator pro homine laboraverit.

Esch. fol. 210<sup>a--b</sup>. Dass der Kaiser seit dem Breve des Papstes an ihn vom 2. Oct. 1463 (Urk. Beitr. n. 312.) etwas Neues beim Papste erreicht habe oder auch nur in Unterhandlung deshalb gestanden habe, dafür liegt kein Zeugniß vor; auch ist es nach dem ganzen Zusammenhange der Dinge unwahrscheinlich. Dagegen entschloss sich jetzt eben der König die in Brünn versprochene Gesandtschaft an den Kaiser zu dem von diesem berufenen Tage in Neustadt zu senden. Das Gerücht davon mag entstellt nach Breslau gelangt sein.

**Legat Erzbischof von Creta antwortet dem Breslauer Rath auf einen nicht mehr vorhandenen Brief.**

Magnifici viri, amici in Christo dilecti. Respondimus IX. die hujus per primum nuncium vestrum litteris vestris inter Lubick et Wismarium V. mensis susceptis; fecimus cum archiepiscopo Magdeburgensi pro cruciate execucione contra Turcos quantum

debuimus, nunc prosequimur ulterius mandata domini nostri s<sup>mi</sup> exequentes. Speramus circa diem XX<sup>am</sup> futuri mensis constitui apud illustrem dominum marchionem Brandenburgensem in Francfordia vel ibi prope. Quare rogamus vos, ut circa id tempus habeamus apud ipsum nuncium et litteras vestras, quibus nobis significetis que ibi novitates vigeant, (vgl. n. 215.) et quas ex Italia habetis ac quid sentitis de d. doctore nostro in Polonia degente, quidne ibi fecerit. Et si Bartholomeus Schewrlein habet ex Italia aliquid aut litteras meas, illas michi mittatis. Sique d. prepositus et alii ex summo ex urbe aliquid sencidunt, queso michi significate. Quam celerius potero expediar et ad pedes domini nostri s<sup>mi</sup>, prout sue sanctitati scripsi, constituar, ita ut ante sue sanctitatis discessum rebus vestris valeat salubriter provideri. Alia non occurunt. Valete in domino. Die dominico XII. Februarii a<sup>o</sup> etc. LXIII.

Esch. fol. 222<sup>a</sup>. Der Ort ist nicht angegeben, es muss aber in der Nähe von Magdeburg gewesen sein, denn am 10. Februar publiciert der Legat dort die Kreuzzugsbulle. Diese Publication bei Ezechiel Opus miscell. V p. 711—734.

## 222.

1464 Februar 13.

Der Breslauer Rath dankt dem Cardinal Franz Piccolomini sehr eifrig für sein Schreiben vom 31. Dezember (n. 204) und klagt über den König und den Bischof, über den letzteren besonders, dass er den König in Neisse aufgenommen und ihm die Kirche geöffnet (vgl. n. 220), sowie dass er vom Legaten an den Papst appelliert habe, ohne sonst Neues vorzubringen. Schluss: Non scribimus impresciarum s<sup>mo</sup> domino nostro confidentes de benignitate v. rev<sup>me</sup> paternitatis haec singula sue sanctitati referre. Datum XIII Februarii a<sup>o</sup> etc. LX quarto.

Esch. fol. 212<sup>b</sup>—213<sup>a</sup>.

## 223.

1464 Februar 27.

In einem sehr langen Briefe, der sonst ganz im Tone der andern gehalten ist und keine neuen Thatsachen ausser der auch in der folgenden Nummer mit denselben Wörtern berichteten Gewaltthat des Herzogs Hans v. Sagan anzuführen weiss, wiederholt der Rath noch einmal, wie gefährlich die Lage der Stadt sei, wenn der Papst nicht vor seiner Abreise noch etwas für sie thue, und wie doch anderseits das ganze Heil des christlichen Glaubens in diesen östlichen Ländern von Breslaus siegreicher Ausdauer abhänge. Er schliesst diesmal mit der ganz allgemein gehaltenen Bitte, dass der Papst vor seinem Aufbruch für Sicherstellung der Stadt zu sorgen geruhe. D. XXVII Februarii a<sup>o</sup> etc. LX quarto.

Esch. fol. 214<sup>b</sup>—215<sup>b</sup>. Dahinter auch an die Cardinale Cusa und Franz Piccolomini, ebenso an Gregor Piccolomini in demselben Sinne.

224.

1464 Ende Februar.

## Der Breslauer Rath antwortet dem Erzbischof von Creta auf n. 217.

Rev<sup>me</sup> p. etc. Proxime suscepimus litteras v. rev<sup>me</sup> paternitatis et declaratorias excommunicacionis nostri episcopi, quas per sindicum et publicum notarios nostros venerabilibus dominis preposito et cantori Wratislaviensibus presentari fecimus et juxta earundem continenciam eciam cum protestacione exequi et publicari requisivimus vicibus iteratis, verum prefati domini post longam deliberacionem nobis responderunt et dixerunt se per sacram scripturam et jura undique informatos fecisse nec posse doceri, quod episcopum possint excommunicatum denunciare propter appellacionem ejus in enervationem censure interpositam, quam legittimant allegantes nobis juris capitula scilicet: Solet et licet de sentencia excommunicacionis liber VI, que more suo glosant. Non videmus eos velle indignaciones episcopi sufferre, sed quantum intelligimus libenter viderent, quod ex importunitate aut compulsione nostra ad talem denunciacionem faciendam circa episcopum haberent excusacionem. Fecimus quod debuimus, requisivimus et petivimus vicibus pluribus: nichil fit. Rex in Glacz existens quosdam principes Slesie in diffidacinem nostram succedit qui contra nos causis privatis moti certissime bellabunt, nec rex nomen belli habebit nisi auxilia fortissima ministrabit. Dux Johannes Zaganensis jam incepit et quatuor oneratos currus maximi precii plenos mercanciis Nuremburgensibus recepit putans ad nostros mercatores pertinere. Respondit vectoribus, nobis dici jussit, si sciremus excommunicare, ipse saret currus auferre. Propterea mercatores Nurembergenses ad Georgium in Glacz transeuntes ab eo responsum obtinuerunt: si talia bona essent Wratislaviensium, restituи non possent, sed si docerent Nurembergensium esse propria bona, reddi deberent. Prefatus dux auxilio perfidi regis suffultus talem audaciam contra nos assumpsit; nil cercius nobis bellis, sed quam cito temporis affuerit oportunitas, inimicorum castra ante fores nostras metabuntur. Certissimi enim facti sumus per fidelissimos homines, quod sic rex perfidus gravissima bella indirecte nobis movebit. Coska et alii hereticorum majores intererunt. Dulcisima pace fruebamur in presencia v. rev<sup>me</sup> paternitatis quam heretici timebant, qui nunc sine spe nos derelictos arbitrantes innumeras inimicicias et devastaciones nobis facient. Ideo lugere compellimur tanto patre et consolatore amisso. Quare, rev<sup>me</sup> domine, humilime supplicamus, quatinus v. rev<sup>me</sup> paternitas in his nobis consulere dignetur et per scripta apud s<sup>mum</sup> dominum nostrum efficere, ut, antequam adversus Turcos vadat, nobis misericorditer provideat; ut cum effectu conservacioni nostre consultetur necesse est, nec ista sanctitati sue obticuimus sed declaravimus instance pericula. Noster episcopus non gerit se excommunicatum, sed cassum et irritum faciens omne mandatnm apostolicum suos oratores in urbem transmisit. Ceterum intelleximus hunc Georgium legacionem missurum et forte episcopum nostrum ad imperatorem pro ulterioribus suspensiōnibus apud s<sup>mum</sup> dominum nostrum oraturum, et quod nove dabuntur promissiones de conversione indurati Pharaonis, sed quomodo aut quales ignoramus, totum in destruc-

cionem fidei et perfidie sue ratificacionem. Velit v. rev<sup>ma</sup> dominacio hujusmodi dolose exhibicioni apud s<sup>num</sup> dominum nostrum vias obstruere. Alia non sunt. Valeat v. rev<sup>ma</sup> dominacio.

Esch. fol. 215<sup>b</sup>—216<sup>a</sup>. Nach dieser Stellung bei Eschenloer dürfte das Schreiben wohl aus derselben Zeit stammen wie das vorhergehende.

225.

1464 März 4. Venedig.

## Erster Bericht Fabian Hankos (n. 213) an den Breslauer Rath.

Mein willig gehorsam dinste allczeit zuvor. Erbern und gunstigen besundern liben herren! Ich hab ewrer weisheit nicht mögen schreiben bey gewisser botschaft biss nu, denne czu Salzburg liess ich einen briff inne der herberge, denne solde mane geben in mein herberge zu Nuremberg zum Adam; ap derselbe an euch geschickt ist adir nicht, kan ich nicht gewissenn, ydoch so was nichtis nicht sündlerlichs dorinne, denne allein wie es mir uff dem wege zustunde tiffer sne halben und böser wege, dergleiche ich noch mein lentag nye gesehen hab. Hirumb bitt ich, ewer erbirkeit wolle mich dorynne nich verseumlichen achten, das ich so lange underwegen hab müssen sein. Ich werde nu, ap got wil, besser wege haben, so wil ich mich gar furderlich zu unserm heiligen vater fügen; den werd ich czu Senis finden und hab mein bevelhung alze fürgenomen, das ich hoff, ewre weisheit werde gefallen dorinne haben, as ich denne euch des und ander meiner verhandlung und antwurtt doruff abschrift bei Nicolao wil senden. Geben zu Venedig am sonst Oculi anno etc. LXIIII<sup>o</sup>.

Ewer williger diner Fabianus Hanko.

Ich sende unserm hern legato hiebey auch ein brifflein, dorinne nichts notlichs ist. Hirumb möget ir gehaben ein ungeverliche botschaft zu ime, so schickt das seiner hoch-werdickeit mit dem, kein besondere mühe ist dorümb nicht not zuthun.

Das ewer erberkeit auch wissen, wie sich mein reitten alzo verczogen hat: zum ersten vgl. n. 217. bleib ich bey dem hern legato biss an den XVII. tag, do scheid ich von im zum Berlin und reit mit des konigs von Denemark eylender botschaft biss ken Nörnberg, wir musten über dem wege zubringen XI gantze tage; ich habs wol geritten in VII tagen, so der 13. Februar. weg gut was. Item ich kom ken Nüremberg am montag in der vassnacht und bleib do den dinstag durch gesellschaft willen zu erforschen, ydoch so mocht ich nymands gehabten, ich hette denne lenger wollen verharren, und wiewol mein pferd so mued was, das es in den czweien nachten nicht stehen mochte, sunder ich muste ime das futer undir die kroppen geben in einer wannen, dennoch so nam ich ein knecht vom wirtte 15. Febr. und reit am aschermittwoch von dannen in solchem schne und winde, das unser einer den andern nicht gesehn mochte, und denselben ganczen tag reit ich czwu meil. Des andern morgens fiel ich in einen graben, und das pferd druckte mich inn sne, das ich hett mussen verterben, were ich allein do gewest, und hatt mir an eym beyne

so we getan, das ich czwen tagen must ligen inn eym dorffe bei Weissenburg<sup>1)</sup>). Dornoch reit ich ken Weissenburg und fand do gesellschaft ken Rome. Item mein pferd kunde nicht von stat gen vor mudickeit, do müst ichs vorbeütten und gab ein hunt umb ein rüden. Von Weissenburg reitten wir biss ken Salzburg VII gancze tage; es was ein solcher weg, das er nicht erger gesein konde. Item am sonst Reminiscere riten wir auss Salzburg und hatten guten weg die LVI meil bis ken Venedig, die riten wir in VII tagen.

26. Febr.

Item ich bin bei Andrea Nickel Scholzen knecht und bey Schewerleins knechte im deutschen hauss gelegen ein nacht, die haben mir ere getan, und was ewer weisheit mir schreiben wurde, das lasset an sie schicken, so wirt mir das gewislich gesandt. Seit alle gute bevolhen und last mich euch als ewern willigen diner bevolhen sein.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>rrrrr</sup>. Or. Sieg. Pap.

226.

1464 März 9. Ex Wismaria.

Legat Erzbischof von Creta antwortet dem Breslauer Rath auf n. 224.

Amici in Christo dilectissimi. Accepimus litteras vestras nobis admodum gratissimas. Laudamus quod litteras nostras d. preposito et cantori diligenter reddideritis. Ipsi nobis scripserunt; confidimus de bonitate et integritate ipsorum nec dubitamus eos omne id promoturos quod honori dei et commodo rei publice vestre ymmo nostre conduceat.

Littere pontificis sonant optimum in vos zelum, quem multo magis confirmant trine littere rev<sup>m</sup>i d. Senensis qui nobis affirmat, quod s<sup>mus</sup> dominus noster non postponet rem vestram, ymmo in brevi deliberabit, ut dignum decet pontificem, et quod vos omnes in preseverantia et constantia integratatis vestre summe hortemur et consolemur, quod et facimus. Alia inde nova non sunt.

Sollicitavimus per partes has publicationem cruciate contra Turchos et sancte institutionis pontificis, nec defuerunt labores immensi et pericula plurima et nondum finis. Cras ibimus in civitatem Rostocensem, ubi die dominico Letare et feria secunda proxima 11. 12. März. immunorabimur. Feria tertia XIII mensis hujus discedemus, ibimus ad d. marchionem Fredericum, cum ipso intelligemus alias sibi proposita et cuius mentis sit; speramus secum esse circa XX<sup>ma</sup> mensis et ibi habere vestrum nuncium per quem singula significabimus, et nisi aliud accidat impedimentum, inde expediti petemus velocissime curiam, ut apud s<sup>mus</sup> dominum nostrum rebus vestris consulamus, ut oportet. Alia non sunt. Date vel dare fideliter facite alligatas et nos semper vobis deditissimos certe scitote. Valete. Ex Wismaria prope mare oceanum die VIII. Martii a<sup>o</sup> etc. LXIII.

Hieronymus archiepiscopus Cretensis, legatus etc.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>uuuu</sup>. Org. Sieg. Pap.

<sup>1)</sup> Freie Reichsstadt südlich von Nürnberg.

227.

1464 März 9. Rome.

Cardinal Franz Piccolomini tröstet den Breslauer Rath, dass der Papst bei seinem Türkenzuge die Sicherheit Breslaus nicht ausser Acht lassen werde. Es sei schon in vielen Consistorien davon die Rede gewesen. Seine Heiligkeit sei jetzt im Bade, während er Geschäfte halber noch in Rom bleiben müsse; sobald er aber wieder zum Papste käme, werde er Breslaus Sache nach Kräften fördern, inzwischen habe er sie Herrn Gregor angelegentlich ans Herz gelegt. Rome die VIII. Martii 1464.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>xxx</sup>. Or. Sieg. Pap. Auch bei Esch. fol. 230<sup>b</sup>. In demselben Sinne auch an den Erzbischof, den der Brief freilich nicht mehr erreichte. Ropp. 26<sup>uuu</sup>. Vgl. Note zu n. 213.

228.

1464 März 10. Rome.

Nicolaus Gleiwitz berichtet an den Breslauer Rath über die Lage der Dinge in Rom.

Mein willigen und steten dinst. Ersamen wirdigen herren. Als ir von mir begert, das ich magistro Fabiano eweren stadschriber und auch Nicolao dessen czeiger sal guten willen erczeigen und forderung thun in ewern zachen, dorzu byn ich allezeit bereit gantzen fleyss zu thun, zo ich irkenne adir underricht werde, was euch und ewer gemeyne zu ere redlichkeit und fromen mag kommen. Ich hab euch vormols geschriben<sup>1)</sup>, das noch magistri Johannis Wenrich von Rome abscheyden dy Behemen nysnicht von unserem heilisten vater wedir dy stad Breslaw haben begert noch geworben, sunder seyn heilikeit hat geschriben dem Romischen keyser<sup>2)</sup>, das er welle zu herczen nemen und gedenken, das der Beheme seyme eyde und vorschribung genuge thun; word abir der dysz nicht thun, so wil unser heiliger vater dorzu thun und gedenken, das nicht grosser schande und smocheit wedir dy cristenheit und Romischen kirchen werde gesterkt; wenn seyn heilikeit hat wol betracht und irkennt, das vil yrniss und ferlichkeit anss sulcher aufhaldunge und vorziehung ist kommen und fort me und groszer alle tage entspringet. Dorumbe hat unser heiligister vater sulchen zachen wedir den Behem  
vgl. n. 246. men rev<sup>mo</sup> d. cardinali Spolitano genant snnderlichen befolen, wirt er nicht in kurcz genuge thun seynen geloubniss, noch dem er vorschriben hat. Ich hette gerne doryne fleyss noch meynen vormogen gethon, sunder ich hab nicht vorstanden von euch, vor an ich wol moge thun. Wenn magister Fabianus ewer meynung und zache unserm heiligen vater wirt vorbrengen, so hoffe ich, dos seine heilikeit den Behemen wirt lossen declariren also eyn ketzer und gebythen, das der bann wirt vorgang haben. Dorumb rev<sup>mi</sup> d. cardinales s. Petri und Senensis haben sich hoch erboten kegen der stad Breslaw, in allen zachen bey unsern heiligen vater forderung und hulff zu thun, und haben mir sunderlichen befolen, das ich euch sal schriben, das yr wollet eyn kleyn

<sup>1)</sup> Seit n. 197 vom 28. October liegt kein Brief von ihm vor.

<sup>2)</sup> Vgl. Palacky Urk. Beitr. n. 312.

czeit gedoldig seyn in ewer not und vorfolgung, dy yr leyd umbe ewer ere und gerechtigkeit, wenn unser heiliger vater wil euch in kurcz trost und hulff thunn. Auch hab ich desse herren cardinalen gebeten fleislich, das sy wellen in ewern zachen schriben unserm heiligen vater, der uss desze czeit zu Senis ist, das haben sy williclichs gethan, das yr auch uss dess herren cardinalis Senensis wert vorstehen. Der hat zu mir gesprochen: werden wir vornemen durch Fabianum, dos es not wirt seyn, zo welle wir in eygener personen in der Bresler zachen zu unsern heiligen vater unss fugen. Dorumbe so magister Fabianus, der iczunt zu Senis bey unserem heiligen vater ist, wirt in Rome kommen, wil ich gantzen fleyss thun mit ym in eweren zachen vor allen cardinalen und prelaten, dy ewere frunde und gonner seyn. Meyn herr Fantinus de Valle, unsers heiligen vaters capellan, hat mir befohlen euch zu schriben, dos er allezeit bereit ist euch zu dynen und fordernen, dorume moget yr ym zu czeiten schriben, wenn unser heiliger vater ist ym gantz gonstig. Datum Rome die Sabbati decima Marcii a. d. etc.  
LXIII.

Nicolaus Gleywitz ewer alle czeit dyner.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>yyy</sup>. Or. Pap. Sieg.

229.

1464 März 15.

**Klage des Breslauer Raths an den Papst und ähnlich an alle Fürsten der Christenheit über die Hinrichtung des Barons von Wisenburg in Glatz am 2. März.**

S<sup>me</sup> p. etc. Non desistimus continuis litteris nostris v. s<sup>tem</sup> utinam non tedium afficere, quibus in dies adversa significamus; postulat id necessitas nostra, requirit id religio nostra quasi pessumdata et per hereticam suggestionem istis in partibus corrucionis substrata, utinam aliquando non extingueda. In horas enim fomes hereticus exalat et longiores flamas eructat, quarum cineres diversorum locorum istarum parcium nunc focos impleverunt. Non ignorat v. s<sup>tas</sup>, quod post lamentabilem improvisamque necem quondam serenissimi regis Ladislai felicis memorie, domini nostri graciosissimi, aliud non fuit nobis asilum nec hodie est sub celo nisi quod apud s<sup>tem</sup> v., patrem nostrum clementissimum misericorditer sumus experti et in tutelam ejus et matris nostre s. R. ecclesie protectionem recepti. Hanc sanctam ecclesiam adversarii nostri dehonestantes blasphemantes et solita pravitate lacerantes nobis invident, nobis mortis recia extendunt, dolentes tanto subsidio nos esse munitos, a quo toto ingenio libenter nos abjicerent. Sed videntes se sua crudelitate nos a proposito isto non posse avertere nec aliquo recto tramite destruccioni nostre machinari, heu nunc contra nos inhumanas malicias concipiunt et parere satagunt nobis odia et inimicicias fidelium. Superiori bello bona nostra destruxerunt, in quibus modo damna inferre nescientes maximum quod nos delectat auferre conantur, honorem et famam nostros, quos defendendos si negligeremus, crudelis essemus. Nec contenti iniquitatis viri infamia nostra prohdolor rev<sup>mi</sup> d. archiepiscopi Cretensis dignitatem denigrare attemptarunt, quod plus corda nostra offendit quam in

nos perpetrata. Sed proprium istorum hereticorum semper confundere sanctam apostolicam sedem, vituperare ejus dignissimos nuncios et oratores. Ideo, b<sup>me</sup> p., injuriam sue rev<sup>me</sup> dominacioni absenti et nobis illatam v. s<sup>ti</sup> singultuosis vocibus conquerimur breviter historiam exposituri, per quam indignaciones presertim christianorum principum et populorum nobis facere non dubitarunt. Deus autem omnipotens justum nunquam derelinquens malicias istas in capita illorum retorsit, innocenciam et famam nostram illesas conservavit. Ecce b<sup>me</sup> p., contigit die secundo mensis istius Marcii in Glacz opido, ubi perfidus rex aliquamdiu moratus est et in Pragam nunc ubi dissensio inter filios dei et belial erat ad componendum illos recessit, relicta tamen ibidem in Glacz uxore sua ad quam reversurus presumitur. Pretensus capitaneus suus Johannes Lopus vocatus justo vocabulo in captivitate habens nobilem baronem Johannem de Wisenburg et validum alterum Johannem Czirne dictos, baronem diris questionibus et crudelissimis penis fecit examinari, fingens ei causam, quia ex hac civitate v. s<sup>ti</sup>s pridem illac veniens ei dixit: Tu fuisti cum Wratislaviensibus et in mortem regis conspirasti, pecuniam a legato et civibus ibidem recepisti. Pauper baro perterritus nichilque sciens innocenciam allegavit, sed minis pene adjecte pravam et mendosam confessionem predicta affirmando ab eo extorserunt. Lopus igitur predictus de modo tradicionis et intoxicacionis interrogans de sociis habendis sciscitatus est. Iterum terribilissime pene et tormenta immannissima coegerunt miserum baronem recitare prefatum Johannem Czirne, qui ideoque gravioribus questionibus et tormentis super id fuit examinatus, sed in omnibus hujusmodi tormentis verbum ullum non respondit, ita ut miraretur preses, quare baro tormenta majora sibi inferri timens modum istum coactum confinxit, videlicet quomodo a rev<sup>mo</sup> d. Cretensi et a nobis duo millia ducatorum suscepissent et duo vascula calibdea veneno plena per quod regem reginam eorumque liberos toxicare deberent. Facta est hec confessio adhuc rege in Glacz existente, cuius mandato post ejus in Pragam recessum ex Bohemia Moravia Slesia Lusatia subditi sui fideles et heretici catervatim sunt accersiti. Dieta ibidem in Glacz statuta Lopus ad baronem tormentatum accessit blandia loquens verba sue libertatis antidotum promisit, ut saltem recitata de legato et Wratislaviensibus in congregacione constanter affirmaret nullum periculum formidando, qui voto Lupi annuens tum timore reiterande pene tum amore libertatis adipiscende singula vovit se facturum. Quare ex prefatis terris magna fit congregacio oratorum principum nobilium et civitatum prefata die secunda hujus mensis Marcii in confusionem nostram specialiter congregatorum, coram quibus miser baro per Lupum est allocutus, ut publice confessata recitaret. Intelligens vero baro vite sue nullos dies superstites esse in medio congregacionis hujusmodi os aperuit et crucifixi imaginem depictam videns in pariete ingemuit et voce alta exclamavit dicens: O dulcissime Jhesu, hoc signo me doces te innocentem mortem pro me et toto mundo passum esse, tu dedisti michi mundam animam, quam hodie tibi mundam, saltem ab hoc scelere alienam offerre cupio. Tu scis in cor meum id iniquissimum facinus nunquam descendisse, nec illi quos accusavi quidquam de isto sciunt, omnia que fassus sum de rev<sup>mo</sup> d. legato, de Wratislaviensibus et Johanne Czirne durissima tormenta coegerunt et dulces promissiones red-

dende libertatis me incitaverunt. Sed heu tu crudelis Lupe, hodie me sic innocenter tradis. Lupus furiose respondens ait: Inique proditor, quare revocas ea que sine penis in penis et post penas sepius affirmasti? Faciam te iterum examinari. Respondit nobilis baro: Cur me plus cruciari contendis? Nonne satis rabiem tuam implesti? Et discooperiendo nobilem vestem qua indutus erat, cremata lacerataque sua latera monstravit, ut astantes interiora sui corporis membra conspicerent. Lupus congregacioni dixit: Si mali homines ex revocatione essent dimittendi, nunquam condemnaretur reus, sed complebo cum eis judicium, et intelligetis finalem confessionem eorum. Erat in eadem dampnacione prefatus Johannes Czirne insignis militaris et illa die occidendus. Dixerunt ideo predicti congregati Lupo: Domine capitanee, audistis baronis revocationem nec novistis a Johanne Czirne eciam nimium tormentato delictum, videtur ideoque non esse judicandus. Sed ex quo utique contra illum baronem procedere intenditis, videant judices hujus cause quomodo judicent. Jussit Lupus regis nomine omnes ibidem congregatos ad locum supplicii exire et audire in qua confessione finaliter moreretur baro. Ad tribunal ductus baro propter prefatam confessionem licet revocatam inique condemnatus est et per preconem taliter et nos secum innocenter proclamatus dicitur ad supplicium, et in itinere sepius et repetitis vicibus de dicto delicto interrogatus publice et alta et intelligibili voce reclamando revocavit confessata. Ubi autem jam super maccello ligatus jacens hortatus est a Lupo, ut priora confessata affirmaret, respondit baro superna virtute mirabiliter roboratus magna voce clamans: Omnia que dixi de me ipso, de rev<sup>mo</sup> d. legato, de Wratislaviensibus et precipue de Johanne Czirne mentitus sum et acerrimis penis conquassatus hec confinx. Jussit Lupus opus perficere lictorem qui duos ictus baronis per scapulas<sup>1)</sup> faciens illico jussus est manum retrahere. Alloquitur baronem iterum. Vides, inquit Lupus, te morti datum esse nec medicorum arte sanari posse. Hortor ut anime tue consulas et veritatem dicas. Dixit idem baro semi-vivus mira virtute preditus: Veritatem dixi, innocens sum et omnes innocentes sunt quos accusavi, sic nunc deo meo animam meam reddam. Et incepit plura in favorem christiane fidei ac in confusionem hereticorum exclamare, que Lupus interrupit et lictori continuare mandavit. Videns lictor que quasi miraculose circa Christi atletam fiebant expavit et dixit: Quare interficiam innocentem? De se sanguinifluam securim projiciens abire voluit, sed minis exterritus inique sentencie crudelissimam execucionem fecit et innocentem baronem toti christianitati plangendum in quatuor partes divisit. Prefatus vero Johannes Czirne non fuit judicatus sed sic est in tormentis confractus et exustus, ut de vita ejus nemo sperat. Ex his diris actis v. s<sup>tas</sup> intelliget, quomodo heretici honorem et famam apostolici legati et nostros offendunt, et nedum hereticos magis amaricare sed et christianum populum adversus nos provocare volunt et circuire, quo met fedati sunt nos inquiare satagunt. Et licet per revocationem baronis innocenter judicati satis simus purgati, oportet tamen nos pio majore justificacione honoris nostri illatam injuriam v. s<sup>u</sup> et omnibus christianis devotissime et cordialiter conquerendo

<sup>1)</sup> Die Schulterblätter.

insinuare, ut totus mundus agnoscat qua via inimici nostri perfidissimi heretici honestatem nostram persecuntur et in destrucionem christianorum machinantur. Ideo, b<sup>me</sup> p., humilime petimus, quatenus v. s<sup>tas</sup>, si talis conficta facinoris accusacio ad aures sue s<sup>tis</sup> pervenisset aut deveniret qualicunque declaracione, fidem non adhibere dignetur, et nobis ita injuste innocenter offensis honori ac fame nostris misericorditer compaciendo consulere, et quid velint tales exquisite maliciose conficcciones machinari, s<sup>tas</sup> v. velit attendere et desuper solita clemencia gracie provide. Non patet enim hereticis omnimoda libertas nisi hac, quod absit, subacta urbe; ideo cum non possint habere conveniens adversum nos testimonium nec viam expugnandi licitam, hujusmodi malicias fingunt per quas populos contra nos commovere putant. Certissimum quippe est, si ista v. s<sup>tis</sup> civitas corruerit, heresis ista bohemica maledicta adeo excrescit et ignem faciet, quem nec Tiberis et Renus nec vix magnum diluvium poterit extinguere, quamobrem firmiter speramus his attentis v. s<sup>tas</sup> nostre proteccioni sicut hucusque misericorditer consuluit, amplius cum auxilio et solamine potencius astabit et obicem statuet huic heresi, ne sic noceat et destruat vineam domini Sabaoth, quam omnino evellere et dissipare ac aliis agricolis collocare conatur. Cetera referet is Fabianus noster. Valeat v. s<sup>tas</sup> in deo salutari nostro pro totius sancte ecclesie bona disposicione et felicissima contra inimicos suos expedicione et victoria proque unica consolacione et conservacione nostra. Datum XV mensis Marcii a<sup>o</sup> d. 1464.

Esch. fol. 216<sup>a</sup>—218<sup>a</sup>. Der Vorgang vom 2. März, über den sonst anderweitige Quellen nicht vorliegen, rief noch eine längere Correspondenz hervor, die ich wegen Mangel an Raum nur in abgekürzter Form hier anschliesse. Zunächst folgt bei Esch. fol. 218<sup>a—b</sup> ein Schreiben des Capitels an den Papst, das mit Berufung auf den Brief des Raths nur eine abgekürzte Umschreibung und Bekräftigung desselben ist. Dann ein Schreiben des Raths an das Cardinalscollegium, im Ganzen auch desselben Inhalts aber kürzer, datiert Wratislavie die quarta ante dominicam Letare, was nur ein Schreibfehler für post dominicam L. sein kann; letzteres ergibt auch den 15. März. Esch. fol. 218<sup>b</sup>—219<sup>b</sup>. Er bemerkt, dass mutatis mutandis auch an den Kaiser, die Kurfürsten, die Bischöfe, die Fürsten von Baiern, Sachsen und Thüringen, die Universitäten und Reichsstädte, und ebenso an den König von Polen und die polnischen Bischöfe geschrieben worden sei. Ein undatiertes Schreiben fol. 22<sup>a</sup> legt die Sache noch besonders dem Cardinal Franz Piccolomini ans Herz. Fol. 219<sup>b</sup>—220<sup>a</sup> ein kürzeres Schreiben an die böhmischen, lausitzischen und schlesischen Stände, auch vom 15. März. Auf eine Anfrage des Breslauer Raths an den von Glatz, was denn der Baron wirklich verbrochen habe, antwortet dieser ausweichend am 17. März, das sei ja bekannt, worauf die Breslauer am 21. März zurückschreiben, dass der Baron alle auf der Folter erpressten Geständnisse widerrufen habe, und dass sie den ihrer Ehre vom König angethanen Schimpf nicht würden auf sich sitzen lassen. Esch. fol. 220<sup>b</sup>—221<sup>b</sup>. Auch der Bischof Jost antwortet kurz und nichtssagend am 26. März aus Neisse, fol. 220<sup>a</sup>. Eschenloer bemerkt über ihn: Episcopus apud Georgium in montibus Chutnis erat, etiam suos ex Nissa, ex Grotkow et aliis opidis et urbibus ecclesie ad audiendum confessionem misit in hujus civitatis dedecus et confusionem. Non minus episcopus quam Georgius Wratislaviam offendere cupivit. Der Glatzer Hauptmann Hans Wölfel von Warnsdorf antwortete am 22. April, also erst nach 5 Wochen, dass in dem Verhör des Barons vom Breslauer Rath gar nicht die Rede gewesen sei, sondern dass der Baron als seine Verführer nur Anton Hornyngk, Peter Rote, Valentin Haunolt und den Kleinen Mann (Esch, am Rande: Hic Parvus Vir quidam nobilis alias Johannes Walde dictus, personali virtute magnus. stipendiarius civitatis fuit) beschuldigt habe. Zum Beweise, dass sein Verfahren ein gesetzliches gewe-

sen sei, erbot er sich den vier Genannten zu Gericht zu stehen vor dem König, dem Bischof Jost oder Bischof Protas, den Herzögen Heinrich v. Glogau, Nicolaus v. Oppeln, den beiden Konraden, Przemislaus von Teschen, Przemislaus von Tost und noch einer Anzahl anderer Personen und Corporationen. Fol. 225<sup>a</sup>—226<sup>a</sup>. Eschenloer bemerkte dazu: Et pares litteras in omnes czechas communites singulorum mechanicorum misit, volens facere differencias et discordias, nutu dei concordiam indissolubilem colligavit. Notent igitur christifideles astuciam hereticorum. Im Einverständniss mit der ganzen Gemeine antwortet der Breslauer Rath am 27. April, dass Warnsdorf's Behauptungen unwahr seien; nicht die vier Genannten, sondern die Breslauer im Allgemeinen und der Legat seien als die Anstifter des Barons von ihm, dem Hauptmann, öffentlich im Gericht beichtigt worden; er verschweige auch den Widerruf des Barons. Sein Streben gehe nur darauf aus Zwitteracht in der Stadt zu säen, das würde ihm nicht gelingen. Was die Erbietung betreffe, so stehe Breslau unter dem Schutz des Papstes und könne nur auf dessen Genehmigung vor dem Gerichte eines Andern stehen. Der Rath könne den vier Genannten also nicht gestatten auf seine Erbietung einzugehen. Fol. 226<sup>a</sup>—227<sup>a</sup>. (Vgl. n. 247.) Diese letztere Correspondenz bringt der Rath in einem Schreiben vom 27. April den schlesischen Fürsten und den Städten Glatz, Münsterberg, Frankenstein, Neisse, Schweidnitz und Jauer zur Kenntniss, fol. 227<sup>a</sup>—228<sup>a</sup>, in einem besondern Schreiben vom 11. Mai auch dem Kaiser, fol. 234<sup>a</sup>, der am 4. Juni den Empfang kurz bescheinigt Or. Roppan 26<sup>cccccc</sup>. Der Papst antwortet am 26. April bedauernd und tröstend und schickt einen Brief an den Bischof Jost mit, den der Rath nach seinem Ermessen an den Bischof gelangen lassen oder zurückbehalten solle. Fol. 232<sup>b</sup>, der Brief an den Bischof wegen seines sonstigen Inhaltes in extenso in n. 243. Am 13. März repliziert Warnsdorf ziemlich scharf auf den Brief des Raths vom 27. April, dass diese Sache den Papst nichts angehe, die Breslauer sollten nicht Ausflüchte suchen, fol. 231<sup>b</sup>—232<sup>a</sup>, der Rath bleibt aber in seiner Antwort vom 18. Mai bei seinem früheren Bescheide stehen, fol. 232<sup>a</sup>. — Zu vgl. n. 232.

230.

1464 Mitte März. In Nova Civitate.

Antrag des Königs Georg an den Kaiser, um durch seine Vermittelung die Absendung eines Legaten nach Böhmen zu erlangen.

Procopius de Rabinstein cancellarius et Wilhelmus Kostka oratores.

Responsum oratorum d. regis Bohemie ser<sup>mo</sup> d. imperatori in presencia d. legatorum sedis apostolice<sup>1)</sup> in Nova Civitate.

Quemadmodum ser<sup>mus</sup> d. noster rex Bohemie pollicitus est, gloriosissime imperator, mentem suam aperire per oratores suos ad dominicam Oculi proxime elapsam, libenter venissemus die deputato, sed resolucio nivium et malicia vie et hostes in marcis Austrie atque propinquus exercitus fratrum<sup>2)</sup> nostrum adventum diebus aliquibus tardaverunt, quod non negligenter sed ex causis premissis factum sciat v. serenitas. Ante omnia igitur jussit nobis ser<sup>mus</sup> d. noster rex dici v. cesaree celsitudini nihil magis optare nec

4. März.

<sup>1)</sup> Bischof Domenico von Torcello und Bischof Rudolf von Lavant. Wäre freilich in Betreff des letztern Hankos Bemerkung in n. 233 richtig, dass er am 13. März noch in Rom gewesen sei, so könnten die Neustädter Verhandlungen erst in den Anfang des April gesetzt werden. Doch kannte sie der Cardinal Franz Piccolomini schon am 12. April aus einem Briefe des Bischofs von Torcello und setzte voraus, dass dieser am 12. April bereits in Siena beim Papste sein werde.

<sup>2)</sup> Fratres ist eine Bezeichnung für die Söldnerscharen der Zebracken. Sie unterstützten nach Palacky Gesch. IV. 2. p. 299 damals den Aufstand des mährischen Barons Hinko v. Völtau gegen den König.

aliquid sue serenitati plus menti incumbere, quam quod regnum Bohemie tempore sui regiminis pro differenciis inter sedem apostolicam et regnum Bohemie subortis bonam unionem cum sancta sede apostolica et Romana ecclesia consequatur, pro quo feliciter consumando petit idem noster rex, ut v. imperialis celsitudo roget s<sup>uum</sup> dominum nostrum, ut sua sanctitas velit legatum mittere eum plena potestate, cum quo tractari et concludi possit pro prefatis differenciis terminandis et regnum ad unionem sedis apostolice et Romane ecclesie reducendum; quo legato veniente ante omnia dominus noster rex expurgare se intendit de illis de quibus infamatus et accusatus est per emulos suos coram domino nostro s<sup>mo</sup>, sieque legatus et v. cesarea majestas intelligent ipsum innocentem et false de premissis accusatum; demum coram legato sedis apostolice et v. majestate vult mentem suam apperire et taliter responsum dare, quod dominus noster s<sup>mus</sup> et v. majestas ipsum intelligent regem catholicum et christiaum et velle facere omnia que pertinent ad bonam unionem regni cum sancta Romana ecclesia. Et istam dilacionem fecit pestis magna que per regnum aliquot mensibus viguit, ita quod sua serenitas nec illos quorum interest congregare potuit, sed tam ipse d. rex quam alii fugiendo pestem ad diversa loca extranea ubi pestis non vigebat accesserunt, imo ipse d. rex primo in principio quadragesime ad regnum est reversus, eciam quod sua serenitas nesciebat, quod d. rev<sup>mus</sup> Torcellanus legatus ita diu in curia imperiali stare deberet; quia si illa duo non obstetissent, magis resolute v. imperiali celsitudini credimus ipse d. rex mentem apperuisse.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>tttt</sup>. Undatierte Abschrift von Fabian Hanko aus Rom nach Breslau gesandt. Er bemerkt dazu: Infrascriptam cedulam dedit mihi rev<sup>mus</sup> d. Jacobus, qui primo fuit consecratus in episcopum Cracoviensem, sed modo propter inopportunitatem regis resignavit. Item valde affectus est civitati Wratislaviensi et libenter quantum in eo est promovebit eam. Fabianus. Vgl. über diesen Dlugoss II. 284. Der Text steht übrigens auch bei Esch. fol. 236<sup>b</sup>—237<sup>a</sup>, die Antwort des Bischofs Dominicus von Torcello darauf bei Palacky Urk. Beitr. n. 315. Der Antrag der Gesandten und ihre Namen stehen schon im deutschen Texte Eschenloers I, 235. Gegen diesen bemerkt Palacky Gesch. IV. 2. p. 299, es habe zu dieser Zeit unter den Räthen Georgs gar keinen Wilhelm Kostka (Esch. fol. 236<sup>b</sup> Koska) gegeben, und nennt an seiner Stelle Benes von Weitmil. Von diesem steht jedoch fest, das er im Frühling des folgenden Jahres am Wiener Hofe gewesen ist, was auch Palacky p. 333 erwähnt, und es ist doch wahrscheinlich, dass Palacky hier diese beiden Gesandtschaften verwechselt, wie er denn auch den Inhalt der vorliegenden Responsio schon p. 285 angibt und als die Instruction auffasst, welche der Brünner Landtag seiner Gesandtschaft an den Kaiser mitgegeben habe. Diese Auffassung steht aber mit allen Berichten über den Brünner Landtag im Widerspruch; wie der König damals mit der Berufung auf den Kaiser Zeit gewinnen wollte, so jetzt mit der Forderung eines Legaten. Die Relatio historica de rege Georgio etc., früher bei Kaprinski Hungaria diplomatica II., jetzt auch bei Höfler Geschichtsschreiber der hussitischen Bewegung III. p. 219 (Fontes rerum Austriacarum I, 7) zu lesen, und die wahrscheinlich Carvajal zum Verfasser hat, da sie mit ganzen Sätzen aus Carvajals Briefen und Manifesten wörtlich übereinstimmt und dieselben chronologischen Unrichtigkeiten aufweist wie Carvajals andere Schriftstücke, nennt den zweiten Gesandten Hinko Roscha, was vielleicht eine welsche Verdrehung ist für Sdenko Kostka, der ja ein hervorragender Anhänger Georgs war. Dann wäre in Hankos Copie nur der Vorname irrig. Das ist sicherlich anzunehmen, das in der vom Bischof von Torcello nach Rom gesandten Abschrift des Antrags der Name Benes von Weitmil nicht gestanden hat, und sollte der Bischof nicht einmal den richtigen Namen des Gesandten erfahren haben?

231.

1464 März 16. Wystok.

Erzbischof Hieronymus von Creta an den Breslauer Rath.

Er kommt im Anfang noch einmal auf die Appellation des Bischofs zurück und verspricht dem Papste darüber ausführlichen Bericht zu erstatten. Er gesteht es selbst zu, dass seine Person wegen des langen Aufenthalts bei ihnen geringschätzig und verächtlich geworden, und er ihnen folglich mit seiner Gegenwart nicht so viel, als er wohl gewünscht, habe nützen können. Daher sei die Nichtachtung seiner Befehle gekommen. Er fährt dann fort: Hortamur ut bone fiant custodie et vigilie ac periculosis locis diligentia habeatur et nocturni vigiles sepe mutentur, et si de aliquo sinistra habetur suspicio, relegateur ad tempus et eligat sibi locum ubi nocere non valeat reipublice, et servans confinia gaudeat bonis suis et pachatis bellis redeat pro libito. Si interea quo providetur per s<sup>num</sup> dominum nostrum urgemini, crederem bonum esse accipere fratres<sup>1)</sup> et illis preficere Balthasarum de Zagano, qui et rem suam pariter ac vestram gereret. Litteris quoque sepius solicitare ubi expedit hortor — et semper tam in verbis et gestis vestris animum magnanimum et cesareum, non autem dejectum et languidum preferatis — vos mutua caritate amate, et sitis bone spei, quia deus et homines vobiscum erunt — accessum meum ad curiam memini pandatis, sed quousque transvero loca hec, secretum sit. — Wystok Freitag vor Judica 1464.

Das Original dieses Schreibens ist jetzt verloren gegangen, auch findet sich bei Esch. keine Abschrift. Doch hat ersteres noch Klose vorgelegen, vgl. Geschichte von Breslau III, 237, wonach das Erhaltene hier reproduziert ist.

232.

1464 März 21. Ex Berlin.

Legat Erzbischof von Creta antwortet dem Breslauer Rath auf einen nicht mehr vorhandenen Brief vom 13. März.

Amici in Christo predilectissimi. Habemus nuntium vestrum tertium et litteras vestras ex die XIII. Martii. Ex Wismaria expedivimus primum nuntium vestrum, ex Wistok n. 226. n. 231. Marchie alium, licet usque prope Berlin nobiscum per duas dietas adduxerimus. Intelleximus nefandum facinus Georgii heretici qui, cum proditione sua non potuit potiri Strigonio<sup>2)</sup>, quia ille bonus baro, ut dicitur, id consulatu patefecerat licet secrete et traditus ab uno consulum ipsi Georgio, sumpsit de eodem supplicium sub fuculo intossicationis, quam voluit ipsum sic confiteri publice per vos me quoque machinatam, sed deus qui non deserit sperantes in se per os illius met voluit scelus hoc omnibus declarari et manifestari innocentiam suam nostramque. Non est mirum, si hec et talia molitur, quia hereticus est. Optime fecistis de singulis dare notitiam s<sup>mo</sup> domino nostro et cesari

<sup>1)</sup> Dass Brüderschaaren (Zebracken) damals gegen Georg kämpften, ergibt sich aus n. 230. Der König bediente sich späterhin ihrer öfter, Breslau nie.

<sup>2)</sup> Die Formen Strigonium und Strigonia statt Strigovia kommen auch sonst vor.

ac aliis principibus, quia hic etiam et per totam Missniam eramus infames, licet apud bonos minus crederentur; etiam laudabimus, si d. regi Polonie scripseritis ac magistro ordinis. Deus cito ipsum puniet nec dormitur in rebus vestris, ut habemus nunc a potioribus, et cito videbitis gloriam dei cum confusione capitis heretici membrorumque. Scripsimus vobis, quod circa medium mensis hujus et ad plus ad XX<sup>am</sup> diem apud d. marchionem constitueremur suscepturi certum responsum, et ita fuisset, nisi hic compre- rissemus dominum Lubucensem, qui nobis respondit nomine domini prefati, et si cancellarius quem ad hoc ad d. marchionem miseramus hic fuisset, jam hieri ab hinc discedissemus, quia tale est responsum quo apud d. Albertum fratrem suum esse cogimur in obedientiam mandatorum s<sup>mi</sup> domini nostri. Scripsimus etiam d. ducibus Saxonie qui nos prestolantur,

24. März. quod hinc die sabbati recedemus, et quod pro die Lune constituant suos in Wittenberg

26. März. qui nos tute ducant per terram suam, et debent habitis litteris nostris uniri in certo loco ubi simul conveniamus pro rebus dei solicitantes, quare non possumus hic diutius

25. März. morari, tamen in claustro Lenyn erimus die dominico in palmis, die Lune in Wittenberg ab hinc XII miliaribus et apud dominos in Libicz, ut sentio, etiam per duos dies adminus. Quare si quis ex nuntiis vestris ad nos venire voluerit, sciet ubi erimus et nos facile comperiet. Miror quod scientes tempus quo debuimus hic esse per nostras litteras non expeditis vestros prius et in tempore, si quid nobis verbo significari cupivistis. Conducit etiam maxime rei vestre, quod quantotius volemus ad dominum nostrum, qui forte si differremus, nec vobis nec nobis serviremus. Utinam esset nobiscum aliquis vestrum cui aperire singula possemus; in hoc nostra solicitude rei vestre conductit maxime. Satis sit hoc, alia non sunt. Scribimus unam litterulam dandam nuntiis vestris, si in via hic

23. März. cursor illos reperiret, ut sciant posse nos hic per totam feriam VI<sup>am</sup> et in Lenyn per diem dominicum, in Wittenberg per feriam secundam, in Libicz vel prope ubi duces

1. April. erunt per aliam feriam VI<sup>am</sup>, et forte pro die pasce nos facile comperire. Valete in domino et bene, ymmo optime sperate, quia vel nos vel majorem cum provisionibus opportunis cito habebitis, sed hec penes vos sint. Ex Berlin die XXI Martii anno LXIII<sup>o</sup>.

Hieronymus archiepiscopus Cretensis, apostolice sedis legatus etc.

Rogamus, excusate nos capitulo ecclesie, si ob celerem nuntii hujus expeditionem suis litteris non respondemus, respondebimus per alium.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>zzzz</sup>. Or. Sieg. Papier. Esch. fol. 220<sup>b</sup> hat den Brief auch, aber mit sehr starker Verkürzung, indem er alles nicht auf die Wisenburgische Angelegenheit bezügliche weglässt und nur die Stellen von Intelleximus bis membrorumque, dann von Utinam bis alia non sunt und die Schlussphrasen gibt: ein deutliches Beispiel, dass er seine Sammlung mehr von geschäftlichen als von historischen Gesichtspunkten aus angelegt hat. Dagegen fügt er die Notiz hinzu: D. Anthonius Hornyngk ex consilio Wratislaviensium fuit missus ad eundem d. legatum usque ad Lipczk. Vgl. das Ende der Note zu n. 217.

233.

1464 März 29. Zu Senis.

Fabian Hanko an den Breslauer Rath.

## A.

Mein willig gehorsam dinst allzeit zuvor. Erbaren und gunstigen liben hern. Ich hab ewer weisheit am nesten geschriben von Venedig, wie mirs uff dem wege zustunde. Förder thu ich ewer weisheit wissen, das ich von Venedig ken Senis sogar tiffe und nasse wege hatte, so ichs ye gesehn hab; wir mussten offt reiten ein welische meil im wasser biss zum sporslage, idoch mein gesellschaft und ich musten gebawer miten, die vor uns reiten, es were anders unmoglich gewest, das wir an leibs schaden ausskommen weren. Ich clag ewer weisheit, das ich nye grösser ungefell mit pferden gehabt hab denn ytzund. Czwischen Padua und Ferrer fiel ich mit dem pferde in tieffe lachenn, das ich kaum heraus konde waten, wann das pfert was gancz krank worden zu Terviso, das es nicht mehr essen wolde. Ich hatt mich nu erwegen, das ich zu fusse wolt sein gangen biss ken Ferrar, idoch so tzog ichs an der hant biss in ein tabern, do vorbeutt ichs umb ein gut clein pfert und must siben gulden zugeben, alzo das ich nich ee ken Senis kommen mochte denn uff dinstag noch Letare. Do waren die herrn cardinales s. Petri und Senensis und auch episcopus Lavantinus<sup>1)</sup>), Franciscus de Toleto und Fantinus alle zu Rom, das ich nyman hatte, des ich mich trösten mochte denn allein herre Gregorius der secretarius. Ich schreib von stund die übirschrifte uff die IIII brieff an die cardinales, die denn do waren, an s. Angeli, an Papiensem, an Theanensem und an vicecancellarium<sup>2)</sup>), und antwortt yn die noch gebörlichkeit. Am mitwoch kom ich zu herre Thomas des herren legaten capplan<sup>3)</sup>), der was willig und ging mit mir zu herre Gregorio, dem gab ich den brieff an unsren heiligen vatir; do bestellet er, das ich am donerstag audienciam hatte, ungab do für mein sachen, in massen als die ewer weisheit und auch antwurt unsers heiligen vatirs doruff in der offenen schrift wol vornemen werden. Ich habs alzo in latein gellossen, uff das ich der wort unsers heiligen vatirs dester eigentlicher möchte gebrauchen euch zuvertzelen. Wie sich adir dornoch biss uff datum des brifts alle ding verlouffen haben, werden ewer weisheit auss derselben offenen schrift clerlich vernemen. Item am nesten mitwoch zu abend sandt unser heiliger vatir selbst noch her Thomas, bei dem ich nu im hauss bin, und gebot im dem herrn legato eneliclich zu schreiben, wenn er das gescheffte an der see aussgericht hat, so sölle er von stund wider ken Breslaw, wann sein heilikeit welle die stat ye versorgen noch begerung irer bete. Solcher wort wir zumal fro waren und hoffen dorauss, sein heilikeit werde im kurtzlieh den cardinalhut senden. Hirümme haben wir bedocht her Thomas und ich, das es not ist seiner hochwirdickeit ein solchs zuverkündigen, und haben zu im gesant Nicolaum mit unsren schrifften. Ich ezweifel nu nicht mehr,

n. 522.

13. März.

14. März.

15. März.

B.

28. März?

C.

<sup>1)</sup> Vergl. die Anmerkung zu n. 230.<sup>2)</sup> Niccolo de Forteguerra, vgl. Voigt Enea Silvio III, 529 und Rodrigo Borja, vergl. VIII p. 200.<sup>3)</sup> Dass dieser schon länger im Interesse seines Herrn an der Curie weilte, ergibt sich aus der Note zu n. 213.

sein heiligkeit wirt im auch senden ganczliche macht cruciatam und auch competitorem czu seczen, in massen als sein heiligkeit selbst thuen mochte. Ich hab so vil wol verstanden vom herrn cardinal Papiensi und auch s. Angeli, dorinn ich mich denn ab got wil unverseümlich wil alczeit lassen erfinden. Item Nicolaus hat guten fleiss gethan, er was gelouffen ken Rom, dieweil kom ich gen Senis, do bracht er schriftt an unsren heiligen vatir vom cardinal s. Petri und Senensi, die hab ich seiner heiligkeit geantwortt, un hoff, si sollen zu den sachen wol förderlich sein. Idoch wirt seine heiligkeit personlich vor ken Rome czihen und dornoch an die Turken, als man das denn heute verkundiget hat offinbarlich in kegenwartikeit seiner heiligkeit. Alsdenn so wil ich mir der obgeschriben herrn fordernuss zu allen ewern sachen nutzlich gebrauchen. Seit gote bevoihen und lasset mich ewer weisheit als ein demutigen willigen diner bevolhen sein. Geben zu Senis am donerstag cene domini IIII hora noctis a<sup>o</sup> etc. LXIII.

Ewer erbirkeit williger diner

Fabianus Hancko.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>4444</sup>. Or. Sieg. Pap.

## B.

Propositio pro parte dominorum Wratislaviensium coram s<sup>mo</sup> d. n. Pio papa II per Fabianum Hancko notarium ipsorum facta anno etc. LXIII<sup>o</sup>, die Jovis post dominicam Letare, sub hys verbis que infra secuntur vel in effectum similibus, in presencia Papiensis Bononiensis<sup>1)</sup> et d. Gregorii secretarii.

B<sup>me</sup> p. Humili et devoti s<sup>tiis</sup> v. filii, domini mei capitaneus consules et communitas vestre civitatis Wratislaviensis, prostratis corporibus ad sacratissimos pedes offerunt s<sup>tiis</sup> v. et sancte sedi apostolice paratissime se et sua cum omni qua decet humanitate et obedientia, et non esset in mundo res alacrior illis quam v. s<sup>tiis</sup> sanitas et valitudo. Agunt autem gracias immensas medullitus ex virium suarum facultatibus, et utinam grates exhibere possent de permoxima benignitate et misericordia, quibus s<sup>taes</sup> v. illos ab ipso-rum et verius christiane religionis inimicis hucusque gracie protexit. Audavit enim s<sup>taes</sup> v. sepenumero lamenta ipsorum et exaudivit misericorditer, ideo cumulatis nunc angustiis iterum ex filiali confidencia sibi sumunt audaciam deprecandi, ut autem s<sup>tem</sup> v. non lateat in quibus punctis nunc resideant cum Georgio asserto rege Bohemie. Non dedignetur s<sup>taes</sup> v. me gracie et benigne audire<sup>a</sup>). Nam post gravia et aspera que retroactis diebus perpessi sunt non desistit idem iterum adversus illos meditari dolos die ac nocte, qui pridem in oppido Glocz constitutus, quod per unicam dietam a Wratislavia distat, horridas insidias contra ipsos machinatus est, et abinde convocationem statuens

<sup>1)</sup> Filippo Calandrini, Cardinalpriester v. S. Lorenzo in Lucina.

<sup>a)</sup> S<sup>maes</sup> dominus noster in interruptendo verba mea dixit precise hec verba: In nomine domini dicatis breviter, quod non dabimus audienciam post illam horam, habemus necesse balneari. Ego videns quod balneum in camera preparabatur continua, satis dolui, quod non patuit michi longior hora ad eliciendum plures sermones. Respondi in hec verba: S<sup>me</sup> p., licet multitudo angustiarum requirat eciam multitudinem lamentorum, audiat s<sup>taes</sup> v. benigne et compati dignetur verbis meis, quoniam vero opus est, ego tamen absolvam me breviori modo quo possum. Et sic continuavi ut supra circa litteram a.

in Olmünz, ubi cum suis duobus episcopis et ceteris fautoribus grande concilium collegit, quibus mediis eos circumducere, exitus eorum concludere seu per tradimenta civitatem obtinere posset. De quibus dum avisati fuissent Wratislavienses per fidedignos personas, ad consulendum saluti ipsorum oportet illos necessarie subire plurima incommoda gravibus vigiliis diurnis et nocturnis, stipiendiarios iterum plures colligere et maximam expensam facere, quam de propriis facultatibus continuare diucius non valebunt, quia non sunt illis per amplius communia promptuaria, sed omnia ipsorum marsubia per stipendia soldatorum, munitionem civitatis, presertim in eo loco ubi ecclesia cathedralis est sita, ceterisque multis oneribus illis incumbentibus superioribus annis sunt omnino exhausta, nisi quantum cottidie de suis paupertatibus mutuo contribuant pro tuicione sancte fidei catholice, que nunc adeo heu supprimitur in Slesia per dolosam istius regis industriam, qui omnia castra et loca munita huic civitati adjacencia a possessoribus vel redimit aut comparat seu alias occupat de facto, et hec omnia suis hereticis commendat, prout s<sup>tae</sup> v. hec et alia ipsorum lamenta litteraliter dudum atque novissime clarius accepit<sup>b)</sup>. Collusit enim nunc cum Nicolao duce Slesie, quod per modum palliate concordie opidum Brig situm in Odera fluvio sex parvis miliaribus supra Wratislaviam idem rex nunc eciam occupabit et suos hereticos illac mittet, sic quod aditus per eandem viam in Wratislaviam non patebit. Et hoc gravissime habebunt sufferre, quod quasi omnia necessaria que de Ungaria Polonia et Moravia ducebantur abinde descendebant, que per alias vias ipsis jam dudum reclusas adduci non possunt. Adeo prochdolor excrescit et de die in diem diffunditur venenum illius heretici regis, quod nemo penitus illius malicie resistere cogitat, nisi hee sola v. s<sup>tae</sup> civitas omni presidio orbata, que dumtaxat expectacione solaminis a v. s<sup>te</sup> paululum adhuc respirat. Dolenter autem referunt s<sup>tae</sup> v. filii, quod episcopi pastoris animarum suarum juvamine sunt nedum simpliciter destituti, sed ymmo per dolosas ejusdem persuasiones rex omnia mala contra ipsos providit, nam idem episcopus in hujus civitatis exterminationem et forte in eum finem ut fratribus et consanguineis suis hereticis subdi posset die noctuque meditatur. Civitatem denique Wratislaviensem absque salvoconductu non intrat, qui licet nuper deprecatus, ne talem diffidenciam ponat in oves suas que pro ipsius tuicionem eciam corporibus et rebus suis non parcerent, si oporteret, malicie tamen sue conscientius noluit nisi prehabita littera salviconductus intrare, paucum vero temporis inibi permanxit, quod forsitan aliquociens ea que regi suo non congruebant audivit. Recedente autem illo (vgl. VII, 101.) rev<sup>mns</sup> d. Cretensis s<sup>tae</sup> v. legatus necessitate rei suadente quasdam prohibiciones penales, ne videlicet fiant vel admittantur contractus cum hereticis aut permutaciones ocupaciones seu redempciones castrorum civitatum seu fortaliciorum de quibus fideles angariari possent etc., per totam Slesiam multa maturitate previa emanare, que licet per principes et communitates inibi fuissent bene reverenter susceptae, solus episcopus Wratislaviensis, qui in obediendo s<sup>tae</sup> v. legatis speculum aliorum censemur, ut subditis perniciosum ministaret exemplum, ab illis mandatis neonon a dicto domino legato appellans plus quam per XL miliares intra et extra Slesiam suos notarios misit ad insinuandum dicto d.

n. 208.

<sup>b)</sup> Dixit sua sanctitas: Jam satis intelleximus ex litteris Wratislaviensium.

n. 218. legato suam frivolam appellationem in quodam castro d. Friderici marchionis Brandenburgensis, ubi dictus d. legatus multis presentibus dedit ipsis insinuantibus apostolos<sup>1)</sup> huic pertinacie congruissimos<sup>c)</sup>). Sed quod molestius est, idem episcopus sua rebellione non contentus continue ducibus Slesie verbis et litteris persuadet, ne mandata d. legati amplexentur, si saltem regis indignacionem evadere velint. Ecce quanta meretur apud sanctam sedem apostolicam talis non solum fautor sed adjutor hereticorum et ductor!

2. Febr. Invitavit namque regem suum ad festum purificacionis nuper lapsum ad statuendum unam dietam in quodam opido ipsius episcopi Grutko nominato quod sex dumtaxat miliares a Wratislavia distat, ubi procul dubio nichil secus quam de intericione hujus civitatis vestre tractatum est. Quoniam s<sup>te</sup> v. nunc affuturam intelligunt in negotio Turcorum, multa aviditate recessum v. s<sup>lis</sup> prestolantur. Sperant, quemadmodum actu gloriantur, hanc civitatem a s<sup>te</sup> v. penitus derelinquendam et ideo machinamenta correquisita ad impugnandum illam futuris diebus et obsidendum medio tempore coaptant. Quare, s<sup>me</sup> p., prefati humiles et devotissimi filioli vestri singultus et lacrimas profundentes orant supplicissime, quatenus s<sup>tas</sup> v. premissis attentis ex paterno et misericordissimo corde dignetur illis providere et ipsorum ac fidei catholice tam horribili ruine benigne consulere per missionem unius ex reverendissimis in Christo patribus s. R. ecclesie cardinalibus cum mandato dandi et demandari faciendi cruciatam<sup>d)</sup> contra dictum regem et fautores ejusdem etc. ac alias plenaria potestate preditum ceterisque remediis salubribus juxta ineffabilem v. s<sup>lis</sup> prudenciam huic morbo conducere plus visis, ut saltem ejulatus et clamores filiorum qui paternas aures v. s<sup>lis</sup> indesinenter circumstrepunt, cessent aliqualiter recepta consolacione paterna, quam vero si celeriter non senserint, gravis et omnino impossibilis moles solis ipsis importabilis posset in dies hanc inclitam civitatem conterere et in manus inimicorum fidei redigere, quod misericors dominus avertat, quia hac dumtaxat civitate subacta non solum tota Slesia ymmo circumiacentes terre et provincie haud dubium irremediabiliter in heresim prolabuntur. Et nisi per salubria et pia monita rev<sup>mi</sup> d. Cretensis nonnulli principes et communitates Slesie crebrius consolati fuissent, qui sic stant titubando prestolantes finem hujus rei, videlicet liberacionem vel ruinam hujus vestre civitatis, plures jam dudum ad hereticam pravitatem omnino declinassent. Non solum hec sed plura mala que alias contigissent illius per vigili cura et providencia sunt hucusque aversa, egit enim sic in hac civitate, quod ejus abinde recessus non tam adolescentes quam adultos reddit mestissimos. Illi profecto tamquam patri et preceptor dignissimo ad debitas graciarum exhibiciones hec civitas in eum assurgere non cessabit<sup>e)</sup>. Ceterum, s<sup>me</sup> p., recognoscunt bene s<sup>lis</sup> v. filii, quod hujus negotii magnitudo viros eminentes exigit, quos tamen ob ingruentes angustias

<sup>1)</sup> apostolus ist der nach eingelegter Appellation an die höhere Instanz erfolgende schriftliche Bericht.

<sup>c)</sup> Sanctitas sua nichil dixit sed movendo caput bis vel ter et tumefactis labiis valde seriose inspexit d. Papiensem, quasi diceret: nota hec!

<sup>d)</sup> Licet in memoriali meo non fuit insertum de cruciata, hoc tamen de consilio et mandato rev<sup>mi</sup> d. legati posui, qui in Berlin vidit et correxit aliqua in memoriali. Non crudens ergo domini mei, quod proprio capite usus quitquam intermisui nisi demandato domini legati, prout erat mihi injunctum.

<sup>e)</sup> Dixit sua sanctitas, quod tamen Cretensis non recessit, sed per acto mandato nostro redibit in Wratislaviam.

necnon insidias illis paratas pro nunc mittere non voluerunt deprecantes ex intimis cordium, quatenus v. s<sup>tas</sup> dignetur illos pro tanto excusatos reputare<sup>f).</sup> Succendentibus autem ex dei et v. s<sup>tas</sup> misericordia secundioribus votis, extunc s<sup>tas</sup> v. conspectui tamquam gratissimi filii decenter favente deo se representabunt. Sperant autem fiducialiter, quod s<sup>tas</sup> v. de ipsis non arguet quitquam sinistri ex eo quia s<sup>tem</sup> v. in hac felici Turcorum expeditione non valebunt associare; non enim illis ad hec voluntas sed heu propter angustiarum pressuras sola facultas abesse dinoscitur, qui dudum ad eximii patris Johannis de Capistrano exhortacionem mille et quingentos armatos per Ungariam (vgl. VII, 11.) usque ad confinia Turci promptissime miserant, cujus occasionis civitas ipsa sic armis alienata usque hodie debilior existit. Si tamen ab istius crudelissimi heretici ferocitate liberati forent, non esset sub sole res adeo incumbens que posset illos a s<sup>te</sup> v., misericordissimo patre et unica spe ipsorum, in tam beato negocio disjungere, sed usque ad anime effusionem huic sancte rei intendere paratissimi semper existerent. Audiat igitur s<sup>tas</sup> v. filios exules gementes et paterne exaudiat, ut speratum consequi valeant fructum, quem pro conservacione orthodoxe fidei persequi tota sollicitudine studebunt in laudem et gloriam nominis Jesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Post hec die sequenti proposui hec omnia ad longum coram domino s. Angeli et excusavi dominos nostros de non missione contra Turcum, qui dixit: non fuit opus excusare apud papam, sua sanctitas bene cognoscit impedimentum ipsorum. Et hec similiter dixit d. Papiensis.

Item eodem die scripsi cedulam juxta mandatum domini n. s<sup>mi</sup> infrascripti tenoris et dedi illam d. cardinali Papiensi, qui proposuit in consistorio secreto pape videlicet et cardinalium dumtaxat, et unan consimilem d. Gregorio secretario.

Da dieser tenor cedula nur eine wenig verkürzte Wiederholung der Rede ist, so lassen wir ihn bis auf den vom Papst begehrten und neu hinzugefügten Schlussantrag weg.

Preterea s<sup>me</sup> p., ne sedes apostolica arduis nunc intenta nimium gravetur expensis, visum est hoc medio utendum, videlicet quod dominus legatus mittendus haberet expensas de collecta per s<sup>tem</sup> v. instituenda in Slesia et certis partibus vicinis, necnon de illa tercia parte quam s<sup>tas</sup> v. reservavit pro fabrica basilice principis apostolorum de urbe ex pecuniis colligendis per indulgencias civitati Wratislaviensi dudum largitas, que

<sup>f)</sup> Hic sanctitas sua noluit ut continuarem ulterius, sed dixit precissime hec verba: Satis est, audiatis, vos petitis rem nobis gravem. Quomodo possumus mittere nunc cardinalem in necessitatibus nostris! Oportet habere sex milia annuatim pro cardinali, quod esset nobis pro nunc valde grave. Ponatis tamen petitionem vestram in carta breviter cum suis punctis et detis Papiensi, et ille faciet relationem in consistorio nostro, quia non possumus vobis in hac re sine consilio cardinalium respondere. Faciemus tamen pro filiis nostris omnem possibilitatem. Ad hec respondi: O s<sup>me</sup> p., si sciret s<sup>tas</sup> v. imminens periculum fidei catholice in hac parte, s<sup>tas</sup> v. non minus ponderaret illud quam negotium Turcorum, immo periculosius est illud quam istud. Eciā esset dabilis modus per quem sancta ecclesia non nimis gravaretur sumptibus per missionem cardinalis. Ad hec sanctitas sua dixit: Bene placet nobis, quod ponatis eciam istum modum in cedula vestra et detis cardinali Papiensi. Ego enim vidi quod agitabat ad balneum, et venerunt medio tempore continue cubicularii secreti dicentes: P. s<sup>me</sup>, medicus dicit quod hora sit. Et ideo non potui cum honestate diu permanere sed egi gracias sue sanctitati de benigna audiencia et paterna consolacione, rogans ut hanc rem magnam cordi revolvere dignetur.

adhuc per duos annos durabunt. Civitas eciam ipsa pro tota possibilitate defectus suppleret, quia omnes fideles ymmo eciam vicinarum terrarum, videntes quod s<sup>tas</sup> v. tenderet in extirpacionem hujus detestabilis heretici, singula onera ipsis imponenda eo jocundius subirent.

- Item dieselbe vorgeeschrebene czedel hat der her Papiensis in consistorio cardinalium gelesen, und die sache und auch mir antwurt zugeben ward bevolhen domino s. Angeli, denselben ich alletage ubirlouffen und mit im gantz notdurfticlich auss der sache geredt hab, wann er gab mir gar gerne audienciam. Nu als heute am dinstag noch palmarum hat mir sein hochwirdickeit gesaget, wie er mit unserm heiligen vater gar vil auss den sachen geredt hab, und wiewol ytzund seiner heiligkeit gar swere sey zu senden einen cardinal nach innhaldung meiner bete durch grosser und mancherlei gescheffe willen, domit die heilige kirch bekumert ist, idoch so het sein heiligkeit mit sampt den cardinalen eigentlich beslossen, das er die stat unversorget nicht wolde lassen. Unter ander worten redte er vil mit mir von dem bischoff, dovon ich iczund nicht schreib umb sachen willen, die Nicolaus ewrer weisheit münlich wirt sagen etc., ich hab im das wol genuglich bevolhen. Und auch fraget er mich vom hern legato mancherley, das ich im denne alles verantworte noch dem allirbesten. Dornoch sweig er ein cleine weil und sprach do zu mir: Wie dunckt euch, wenn der Cretensis cardinal würde? Wer das nicht besser, denn das unser heiliger vater einen sal senden? Wanne einen cardinal aussczurichten so ferre würde gar vil kosten. Doruff antwurtte ich im: Ich wüste in der werlt keinen bessern und bequemer zu den sachen denne den hern Cretensis, wann er weys nu der lande und och des volks gelegenheit, so kennen in nu alle deutsche försten und er sie wider, auch so wüste er sich zu hüten vor der bosheit und hinderlisten Gürsiken des ketzers, ab er sold was mit im verhandeln, das alles einem andern, der do unbekant were in den landen, nicht wurde so bequem sein als im; auch were unserm heiligen vatir leichter zu senden den hut denn einen cardinal. Doruff antwort mir sein hochwirdikeit: Die sache ist gros und get unserm heiligen vatir sere zu synne, dorümme ist es not, das wir auf mancherlei wege gedencken. Ewer vorgeben gefellet mir wol, ich wil morgen mit unserm heiligen vatir notdurfticlich dovon reden und wil euch denn wider sagen sein meynung. Am mitwoch kund ich den ganczen tag zu seiner wirdikeit nicht audientz haben biss uff den abend, do er ging auss der finstermetten<sup>1)</sup>. Do sprach er zu mir: Ir müst nu vollen pacientz haben biss noch den heiligen tagen, all ewre sach wirt wol geen. Quid vultis amplius! Ego remittam vos bene consulatum. Oportet enim sic mitttere manum ad aratrum, ut eciam intret terram et per vim dividat sulcos. Daruff danckte ich seiner hochwirdickeit des guten trosts, und wil in nu die heilige zeit gantz ungemuhet lassen. Darnach wil ich, ap got wil, abir allen fleiss thuen und hoff, ewer erberkeit sal anders von mir nicht erfahren. Auch thut her Thomas, des hern legati capellan, allen seinen fleis in den sachen; es were

<sup>1)</sup> Nach Grotfend Handbuch der histor. Chronol. p. 99 soll die Finstermette nur am Charfreitag stattfinden, wozu diese Stelle nicht stimmt.

wol mein rat, das im auch etzwas mit ein erünge geschech. Item uff die sache der söldener, die do gewest sein wider den orden zu Preussen, hat er ewrer weisheit ein breve gesant, des copiam ich gelesen hab, das die der cantor mag absolviren<sup>1)</sup>. Ist euch adir das nicht geantwurtt, so lasset michs versten, so wil ich das zum nesten bestellen.

Item unser heiliger vatir hat her Thomas gesagt am mitwoch nest vorgangen, das 28. März. seiner heiligkeit meynung nicht ist, das man die processus wider hertzog Hansen vom Sagen solle suspendiren. Daruff wil ich ewer weisheit senden ein breve in kurtz, als(vgl. n. 203.) ferne ichs ytzund nicht gehaben mag, und wil das lassen zuschreiben dem probst, der n. 235. in derselben sach ein richter ist, wann d. Gregorius hats ytzund in bevelhnüss von unserm heiligen vatir.

Item der andern artikel, die ich von ewrer weisheit in bevelbung hab, kan ich noch keinen furnemen, so lang das ich der ersten sache ein aussrichtige antwurt hab.

Item ich hab Nicolao die schrift unverslossen geben, uff das der herre legatus mein proposicio auch lesen möge und sehen, was mir unser heiliger vatir doruff hab geantwort.

Occurrentia nobis significate, ut melius possimus negotiis consulere et ea promovere. Oblationes sepissime et presentialiter vobis per nos facte sunt, ideo nunc illas subtice-mus. Bene valete omnes in domino. Rome die ipsa Junii a<sup>o</sup> etc. LXIII.

Vester Hieronymus archiepiscopus Cretensis etc.

Stadtarchiv Roppan 26<sup>hhhh</sup>. Or. Siegel. Papier. Auch bei Esch. Fol. 240<sup>b</sup>—241<sup>a</sup>. Er hat ebenso die ipsa Junii.

Pius II. meldet dem Breslauer Rath die Ankunft des Erzbischofs von Creta in Rom; er billigt die von diesem getroffene Einsetzung des Balthasar de Piscia als vorläufig in Breslau bleibenden Stellvertreters und erklärt, dass er den weiteren Schutz der Stadt dem König Kasimir von Polen und dem Markgrafen Albrecht von Brandenburg aufge-

tragen habe. Die Stadt solle also standhaft und gutes Muthes sein. D. Rome apud s. Petrum sub annulo piscatoris die secunda Junii 1464, pont. n. a<sup>o</sup>. sexto.

Stadtarchiv CC 18<sup>a</sup>. Or. Perg. Sieg. Von dem Breve an den König von Polen und an Markgraf Albrecht, das schon Hanko n. 245 in Aussicht gestellt hatte, findet sich eine undatierte Abschrift von Hankos Hand, Roppan 26<sup>ddddd</sup>, auch bei Esch. fol. 235<sup>a</sup>. Es ist ganz kurz gehalten und gebietet dem König resp. dem Markgrafen kraft des dem heiligen Stuhle schuldigen Gehorsams die Stadt und ihre Verbündeten im Falle einer Feindseligkeit zu beschützen.

251.

1464 Juni 7.

## A.

Die Breslauer schreiben an den Erzbischof von Creta von ihrer Hoffnung, dass er bald mit erhöhter Würde zu ihnen zurückkehren werde. Seine Nebenbuhler und ihre Feinde rühmten sich zwar der Absendung eines neuen ihnen günstigeren Legaten, aber Gott werde das verhüten. Was sich sonst zutrage, werde er von Fabian Hanko erfahren. Balthasar v. Piscia sorge sehr für sie, doch hätten sie den Legaten lieber in Person wieder. Adversarius noster se valde armat ad destrucionem nostram et jam misit dominum Kostka advocationum in Lusacia cum Anthonio Ytalo ad regem Francie in magna comitiva, et in quem finem bene potest considerare v. rev<sup>ma</sup> paternitas. Gravissimo bello nobis cercius est nichil, nisi v. rev<sup>ma</sup> paternitas suo auxilio coram vicario Christi assistat et operetur, ut per omnipotenciam ejus a nobis removeatur. Alle Hoffnung der Stadt ruhe in ihm. D. VII die Junii a<sup>o</sup> etc. LXIII<sup>to</sup>.

## B.

Dieselben an Franz Piccolomini und an Cusa. Sie hoffen, dass der Papst vor seiner Abreise die immer lauter werdende Hoffnung der Ketzer, dass sich Breslau ihnen nun unterwerfen müsse, durch geeignete Massregeln zu Schanden mache. Der Erzbischof von Creta werde die Sachlage wohl schon genügend auseinander gesetzt haben, und über die laufenden Vorgänge werde Fabian Hanko berichten. Bitte an jeden der beiden Cardinale dafür zu sorgen, dass der Papst die Stadt nicht dem Ketzer untergebe sondern in seinem Schutz behalte. D. uts.

## C.

Dieselben empfehlen ihre Sache noch besonders dem Cardinal von Spoleto, Berardo Erolo, dem das Referat in der böhmischen Sache übertragen war. Nur das Interesse für die Reinheit des Glaubens, der in ihrer Stadt für das ganze Königreich seine einzige Stütze habe, bestärke sie in dem Widerstande gegen den König. Für das Uebrige berufen sie sich auf den Erzbischof von Creta und auf Hanko. D. uts.

Esch. fol. 233<sup>a</sup>—234<sup>a</sup>. Leider ist das gleichzeitige Schreiben an Fabian Hanko nicht vorhanden.

252.

1464 Juni 11. Rome.

Pius II. nimmt durch eine Bulle den Ritter Caspar v. Nosticz auf Schochau, der als Söldnerführer in die Dienste Breslaus getreten war, sammt allen seinen Söldnern und Angehörigen in seinen und des apostolischen Stuhles Schutz. D. Rome etc. 1464 tercio Idus Junii pont. n. a<sup>o</sup> VI.

Stadtarchiv CC 3<sup>a</sup>. Or. Perg. Bleibulle. Auch bei Esch. fol. 236<sup>a-b</sup>. Vgl. dazu n. 153 in Band VIII. Vielleicht ist das Jahr 1463 hier in 1464 zu ändern, obwohl das Original die erstere Zahl hat. Im April 1463 hatte Breslau in der That noch keine Veranlassung einen solchen Vertrag zu schliessen. Uebrigens steht auswendig von anderer Hand der Vermerk: Feria 2<sup>da</sup> post Letare LXIII.

253.

1464 Juni 16.

Aktenstücke betreffend die Vorladung des Königs Georg nach Rom.

A.

Ipsam subscriptam propositionem fecit advocatus ecclesie senior consistorialis<sup>1)</sup> in publico consistorio Rome coram s<sup>mo</sup> d. papa, revmis d. cardinalibus episcopis prelatis, in numero populo, in presencia magne legacionis regis Francie et ducis Burgundie contra Georgium, et est perorata XVI. die Junii que fuit sabbato post Viti a<sup>o</sup> etc. LXIII<sup>to</sup>.

Quoniam attestante verbo veritatis omne regnum in se divisum desolabitur, ideo Christus, rex regum et principum terre, suum regnum quod ecclesia catholica dicitur in unitate super firmam petram fundavit, ut certum sit qui ab ecclesie unitate recedit de regno Christi separatus existat. Hereticus autem nominatur qui a catholica ecclesia divisus est. Nam, ut ait beatus Augustinus, non sufficit credere que catholicus credit, sed requiritur, quod qui Christi membrum esse debet unitatem ecclesie teneat. Unitatem igitur ecclesie tenere adeo est de necessitate salutis, quod impossibile est separatum a vita Christi eterne posse vivere; est enim membrum a vivo corpore Christi mistico abscisum in quo solo est spiritus vite immortalis. Ut autem ecclesia per orbem diffusa possit esse et manere una, multitudo ecclesiarum ad unam que est omnium mater et firmamentum, que Romana et apostolica dicitur, unitur. Illa igitur est mater fidei et fons universam ecclesiam fide irrigans potans et pascens, cuius pontifex princeps est et in episcopatu fidei principatum tenens. Hic est pontifex maximus et episcopus in quo Romana ecclesia omnes per orbem ecclesias in se uniens et complicans, et hec est Romana ecclesia in qua est episcopus ille in se omnes per orbem episcopos uniens, ut sicut est una ecclesia per orbem diffusa cuius caput est Roma, ita sit etiam unus episcopus per orbem diffusus cuius caput est Romanus episcopus. Qui igitur se aut dicit de quacunque ecclesia esse que non est unita Romane ecclesie, non est catholicus sed scismaticus et hereticus, et qui se dicit cuiuscunque ecclesie episcopus et non est unitus

<sup>1)</sup> Also nicht der Fiscalprocurator Antonius de Eugubio, wie Voigt Enea Silvio III, 500 es darstellt. Dieser tritt erst am Ende von B auf. Vgl. in n. 346 den Bericht über das Consistorium vom 23. Dec. 1466.

cum episcopo Romane ecclesie, scismaticus et hereticus est. Non igitur habere possunt tales aut graciā aut potestatem ecclesiasticā, cum non sint in ecclesia que corpus Christi est, in qua solum est ligandi solvendique potestas. Heres igitur omnium heresium est non tenere unitatem ecclesie, judicium vero quo quis non teneat unitatem catholice ecclesie est, quando a Romana ecclesia et ejus episcopo dissentit. Sed quia jam annis multis in regno Bohemie, quod a Romana ecclesia fidem Christi recepit, multi reperti sunt eorum propria temeritate et auctorante principe divisionum Sathan, qui se ab unitate Romane ecclesie separaverunt, remanente tum rege Bohemie in catholica fide et unitate, ita quod spes erat hereticos demum rege prevalente succumbere: Nunc vero cum Girsicus de Bodiebrath assertus rex, sic ut met asserit, natus et nutritus de Cunstat in fide opinioneque hereticorum, affirmetque (!) palam et publice se nunquam ab illis recessurum, certa conjectura timeri debet. Nam quid aliud vult statua illa Girsici regia corona ornata una manu calicem tenens deauratum et alia gladium in publico foro noviter per heresiarcham Johannem Rochkiczanum ad Girsici gloriam erecta ac carmen editum super calicem: veritas dei vincet, nisi quod heresis illa habeat regium favorem vgl.VIII. 214. et defensorem! Clamat ad te fidei principem multi eciam illius regni fideles, ut quid pateris illum regnare qui Christo adversatur et cujus studium est catholice ecclesie non solum regnum illud sed cuncta regna, si posset, subtrahere? Quid moraris pontifex maxime, quando nichil de ejus conversione sperari potest? Nam tua beatitudo scit vulgatum Girsicum quando<sup>1)</sup> regis Ladislai Hungarie et Bohemie infantili fere etate constituti et sub cura imperatoris degentis, perfidissimi heretici videntes eorum perfidiam interire, suis fraude et dolo adversus unionem et fidem catholicam molientes, capitaneum Grecz Regine et districtus Lutolmislensis constituerunt, qui se capitaneatus jure constitutum universam catholicam unionem superare politus est<sup>2)</sup>. Aderat tunc heresiarcha Johannes de Rockiczano qui exilio Pragam susceptus a nemine proteccionem suspicere preter Girsiconem valuit; prophanabat ille Rockiczanus suum nephandissimum dogma apud illos homines quorum graciā et favorem consiliabat adversus imperatricem Sigismundi cesaris olim uxorem, loci et districtus dominam; erat tunc et Praga administratori (s) sedis apostolice in curatis sacerdotibus in obediencia Romane ecclesie subjecta. Hoc capitaneatus suscepto ab hereticis honore dolum et fraudem excogitans Girsicus simulat se pro recuperandis castris et opidis regno Bohemie in principes Misne exercitum ducendum, quasi ut ipse solus liberator patrie et reipublice intentus esset; principales enim Misne, alias duces Saxonie, contra hereticos Bohemos certantes sue dicioni dicta opida et castra subegerant. Aderat tunc nomine regio Prage gubernator Meinhardus de Novadomo, qui dum a Girsico prope Pragam jam constituto cum exercitu requireretur, ut per Pragam transitum daret, veritus prodicionem, cum improvisa civitas et armatorum penitus copia destituta existeret, et cum aliunde aprior et comodior exercitus ducendi

1) sic! Dem Sinne nach wäre etwa tempore zu lesen.

2) Wieweit dies auf Wahrheit beruht, vermag ich nicht festzustellen. Podiebrad war seit 1440 Hauptmann des Bunzlauer Kreises und trat 1444 an die Spitze des ultraquistischen Bundes, den man wohl auch nach ihm benannte. Palacky Gesch. v. Böhmen IV. 1. 118.

ad Misnam pateret aditus, dicti exercitus per civitatem transitus prohibuit. Girsicus ea occasione et more proditorio receptis nullis adhibitis diffidatoriis litteris<sup>1)</sup> juxta auream bullam nacionis germanice susceptam Pragensem civitatem invasit eamque tirannide occupavit, Meinhardum contra jus gencium et naturale captivum duxit et illico omnem clerum perfidissimi heretici Johannis de Rockiczana obediencia subegit atque communionem dampnati ritus ac detestabiles heresis universo populo Pragensi invito<sup>2)</sup> plurimum exhiberi mandavit, infantes communicare et certos nephandissimos mores pro voto nephandissimi heresiarche in vilipendium dei et sanctorum ac Romane ecclesie induxit, Meinhardum dum libertati restituere compelleretur, sua consueta arte immatura morte et non naturali emissum, uti fama effert, interire fecit. Que in reverendissimum cardinalem s. Angeli, apostolice sedis legatum, nephandissima molitus fuerit, illa s<sup>u</sup> v. amplissime patent<sup>3)</sup>. Quo eciam jure in conventu apud Benessavo opidum Pragensis diocesis celebrato nomine gubernacionis hereticorum prefecturam sumpserit, omnia s<sup>u</sup> v. uti novissima relinquo, quia tunc s<sup>u</sup> v. in minoribus constituta cesaree majestatis munere legacionis fungente omnia tam publice quam palam manifesta fuere, que sua luculentissima occasione heresim damnatam ac ritum improbum Bohemorum tunc ad rev<sup>mum</sup> d. cardinalem s. Angeli edito dyalogo orbi jam notissimo confutavit<sup>4)</sup>. Ejus enim perfidissimi hominis studio rex ille generosissimus Ladislaus juvenis subita et violenta morte e medio sublatus creditur. Et cum qua fraude et impressione Girsicus ipse ad regnum pervenit, quando hereticis promisit eos fovere, catholicis vero spospondit hereticos eliminare! Et ne episcopi ex Hungaria ad ipsum ungendum venientes manum ab unccione retrahent, heresim abnegavit et se facturum omnia que ab ipso tamquam catholico rege requirebantur; non solum fidem Romane ecclesie, quin eciam et ritum omnem ejusdem ecclesie in regnum Bohemie se introducturum solempni voto inter sacra promisit; sic per protonotarium fratrem domini Procopii baronis communem regum catholicorum tue s<sup>u</sup> Senis obedienciam secretam prestitit, quam et Rome palam per suos oratores in scriptis resumpsit. Sed cur hec omnia nisi ut deciperet egit? Nam quid hec omnia profuerunt? Dum requireretur a tua s<sup>u</sup> per prestita juramenta et obedienciam, ut abjecto heretico ritu se cunctis Romane ecclesie fidelibus regibus conformaret, statim oratores qui prius se pleno mandato fulciri ostendebant ad parendum mandatis s<sup>u</sup> tue habere mandatum negabant. Adhuc suasu illorum s<sup>u</sup> tua venerabilem Fantinum ad Girsicum Pragam misit et denuo (ad) observanciam dictorum sollemnium votorum et receptionem rituum Romane ecclesie, ut juravit per prestatam obedienciam, requisivit. Nonne tunc in dieta sollemni et publice propter hoc indicta respondit parentes suos mortuos seque natum, filios et uxorem in usu communionis sub utraque specie, quam de necessitate salutis esse adjunxit, quodque in illo ritu stare et mori vellet unacum predictis? Et cum dominus Fantinus ex hoc responso argueret eum hereticum,

n. 105.

<sup>1)</sup> Ueber diesen Punkt drückt sich auch Palacky a. a. O. S. 196 zweifelhaft aus. Daselbst die ausführliche Darstellung über Prags Einnahme.

<sup>2)</sup> Freilich hat Esch. das ursprüngliche invito corrigiert in inito, doch wohl falsch.

<sup>3)</sup> Nach Palacky S. 190 tritt Georg bei den Verhandlungen mit Carvajal 1448 nicht persönlich hervor.

<sup>4)</sup> Brief 130 der Basler Ausgabe vom 21. Aug. 1451.

diris carceribus ipsum mancipavit. Postquam hec nociora sunt, cur relapso heretico adhuc audiencia prestatur, apostolo Paulo precipiente: hereticum hominem devita! Diversus est enim animus ejus. Nam quod Girsicus deo et ecclesie ut regnaret mendax et perjurus hanc suam publicam confessionem, de qua, uti pertinacissimi heretici solent, gloriantur, revocare unquam debeat, nisi ut iterum decipiat et derideat catholicam ecclesiam, in vanum speratur. Stringuntur enim hereticorum corda quibusdam insolubilibus sathanæ catenis, postquam se illi principi tenebrarum dedicarunt, ut nullo unquam tempore penitere permittantur; ob hoc observatum est tales posse vinci sed non corrigi. Et sanctorum consilium est solum illorum ne inficiant consorcia quantocius vitanda. Certissima comprobatur experientia illum multum pollere diabolico ingenio et ad nichil aliud omne suum studium convertere, quam ut sibi blandiciis et terroribus cunctos subiciat et demum in suam perniciosissimam heresim secum trahat. Promittit christianis fidei libertatem, dummodo ut regnicole ipsum in regem cognoscant, quo ingenio devotos cives Olomuncenses noviter<sup>1)</sup> ad homagium prestandum decepit et plerosque alias. Nunc apud constantissimos cives Wratislavienses, hujus apostolice sedis fidelissimos et optimos christianos, totam suam decipiendi artem expandit, ut fortibus illis viris ad se attractis potens sit omnes in regno illo et vicinos ut libet cogere. Sed cui hec notoria sunt quam tue <sup>s<sup>ic</sup></sup> qui cunctam fere maliciam plus omnibus certissimo experimento vidisti et probasti et quotidiana Wratislaviensium solicitudine et innumeris eorum litteris nichil nisi maliciam Girsici et fidelium periculum narrantibus indesinenter cercioraris? Fama fuit beatitudinem tuam ad Girsici heretici dampnacionem processum formare, de quo fideles animati magnam leticiam ostendebant; sed quia fervor <sup>s<sup>ic</sup></sup> tue suasu quorundam qui conversionem ejus pollicebantur subito tepecebant, fideles territi, ne apostolico trono cessante ipsi in predam irent, inviti ad Girsicum admissis fraudulentibus pactis accesserunt, et ortum est in regno commune verbum: si Girsicus hereticus foret, ut littere quedam apostolice continebant, utique ad ulteriora processum fuisse; nam non decet apostolicam sedem eo casu dissimulare eciam ob cujuscunque instanciam. Unde si princeps fidei nostre ipsum tolleret, fatue nos resistendi pericula subimus. Nec moveat <sup>s<sup>ic</sup></sup> tuam execucionis aut tarditas aut difficultas; nam mundo constabit, eciam si ejici nequiret, quod (causam !) jam ab apostolica sede per sentenciam a regno ejectus non est a christifidelibus nisi ut privatus hereticus habendus, et demum veritas vincet. Dissimulare vero et in longum justiciam pretendere esse poterit maxime ruine occasio. Ibit heresis in consuetudinem et se undique dilatabit, dicentque Almani, quorum infinitus numerus pro obediencia apostolice sedis in Bohemia sanguinem fudit: magna fuit heresis, quando tot legati apostolici ad nos venerunt et ad obviandum ejus dilatacioni parentes nostri centum milia et ultra mortui sunt; nunc facta est parva aut nulla, quin eciam Girsicus rex impune in ea permittitur! Periculum non parvum opinione nostra eciam apostolicum judicium in fidei materia ex tempore et persona fluctuare. Prebeat animum <sup>s<sup>ic</sup></sup> tua fidelibus Wratislaviensibus et pluribus in regno devotis nobilibus et plebeis, ut

<sup>1)</sup> Olmütz hat dem König 1458 gehuldigt. Im Jahre 1464 folgte es der Aufforderung des Königs zur Hülfleistung gegen den aufrührerischen Hinko v. Völtau. Sollte sich darauf das noviter beziehen?

intelligent ope apostolice sedis se ab obediencia heretice regis aut excusari aut penitus liberari, tollat commercia et affinitates vicinorum Almanie principum, ut omnes sciant Girsicum ut Christi adversarium et diaboli satellitem spernendum, et cessabit ad ipsum multorum concursus, et confusus in se ipso post tantam gloriam marcescat. Fertur beatitudinem tuam securim ad radicem posuisse et reverendissimis cardinalibus s. Petri et s. Sabine contra Girsicum causam commisisse sed nondum citacionem. Nunc se parat s<sup>tae</sup> tua, ut Tureum compellat a suis blasphemias in Christum et christianos cessare. Noli, pater sancte, causam Girsici minus periculosam estimare sed eidem, cum inter nos sit, primo succurrere et ex officio pastorali divinitus tibi credito contra Girsicum tamquam hereticum relapsum citacionem in rigidissima forma decerne, ad commissarios ulteriore processum remittendo, et contra ipsius potenciam Wratislaviensibus et aliis illius regni fidelibus talia que haberi possunt consilia et auxilia prebe que tua pietas judicaverit oportuna, ne ex tuo discessu ad remociora loca minus consolati animum perdant tuum felicem redditum expectandi.

## B.

Super ista prefata oracione respondit s<sup>mus</sup> d. Pius papa II in effectu ut subsequitur.

Licet contra Turcos simus profecturi, nichilominus tamen nedum externis sed eciam domesticis providere tenemur, quia parum esset bella externa removere, nisi domestica prius compescantur. Audivimus advocatione fidei protervitates blasphemias et malicias illius Girsici de Podiebrat regis Bohemie, ut sic eum nominemus, recitantem, de quibus et presertim illis que, dum regnum ipsum occuparet, gessit parum dicemus. Fuit enim dolose et electus et coronatus jurans in manibus fratum nostrorum trium<sup>1)</sup> episcoporum, quos ex Hungaria ad coronacionem suam adduxit, obedienciam et unitatem sancte Romane ecclesie se in toto regno introducturas; hec tamen non in publico sed in camera presente uxore et Procopio de Rabenstein ac aliis secretis suis fiebant, ex quibus statim presumebatur, quod ficte jurata negare proponebat. Ex eo factum est, ut ipsum regem nostris litteris vocaremus. Misit ad nos deinde prothonotarium de Rabenstein, qui Senis obedienciam secretam nobis ipsius nomine fecit, quam post hec per suos oratores publice hoc in loco nobis presidentibus affirmavit. Et licet dicti oratores communione utriusque speciei quam sibi jure compactatorum concilii Basiliensis competere astruebant per nos confirmari peterent, nos tamen ad premissa duo fecimus: Primam ipsorum petitioni tamquam injuste et inutili non detulimus et ipsam petitionem vigore compactatorum, quorum tenorem in omnibus transgressi sunt, ipsis non licere declaravimus; in compactatis enim datur quod dumtaxat habentes protunc usum taliter communicandi in ea communione sufferri debent, ita tamen quod sacerdotes illis ministrantes eukaristiam semper declarant, quod sicut sub utraque specie eodem modo et sub una sit integer Christus. Scimus autem qualiter abusi sunt hoc articulo, nam plures boni viri ad communionem illam metu coacti, infantes quoque quotidie sunt adducti,

n. 16.

n. 78.

<sup>1)</sup> Es waren nur zwei, die von Waitzen und Raab  
Scriptores rerum Silesiacarum, IX.

prout hodie fit. Et dum a suis oratoribus integrum et claram quam ceteri carissimi filii nostri reges catholici faciunt requiremus obedienciam, illi qui primo se pleno mandato fulcitos asserebant ad id faciendum se non habere mandatum allegabant. Hortabamur denique, ut et ipse, quemadmodum ceteri reges catholici per universam ecclesiam faciunt, communione sub specie panis quo ad salutem sufficit contentus esse, cum nec ipse major ceteris nec primus inter illos sed ultimus existat. Ad instantiam tamen dictorum oratorum id petencium misimus dilectum filium Fantinum, decretorum doctorem, nuncium nostrum, qui eum hortari debebat, ut jurata studeret adimplere. Ipse vero generalem ad audiendum relacionem suorum oratorum indixit convencionem in vigilia

9. Aug. 1462. s. Laurencii Prage statuendam, ubi facta, ut intelleximus, fideli relacione per suos de his que ex nobis receperant, coram infinita populi nobilium et plebeorum multitudine publice exclamavit, quod volentes esse secum in hac sua fide segregentur ab aliis. Inde factum est ut omnis populus in duas turmas divideretur. Heretici primo sunt ipsum allocuti his verbis: Laudamus te magnifice rex, quoniam a sancta fide nostra quam tecum profitemur non recedis. Deinde dominus de Sternberg parte catholicorum accedens ait: Nichil nobis commune cum parte vestra in hac communione utriusque speciei et fide vestra, volumus enim et tenemur obedire s. R. ecclesie, in his vero que regnum concernunt ad obedientium tibi tamquam regi sumus parati. Hoc auditio animus ejus fremebat, adeo ut in multa detestabilia verba in vilipendium s. R. ecclesie et fidei catholice tendencia prorumperet, dicens: Papa mandat nobis, ut sibi obediamus contra textum ewangelicum, tenemur enim pocius obedire deo quam pape. Non est eciam veritus pollutis labiis suis in obprobrium Romane ecclesie sic dicere: Quid sedes apostolica? Non est enim tante auctoritatis ut creditur, in qua plures apostate sederunt. Et post multa abhominabilia que tunc in sua ferocitate protulit concludendo dixit suis hereticis: Parentes nostri in hac fide mortui sunt, nos uxor et liberi nostri nati sumus in illa et nutriti, volumus eciam in eadem vivere et mori<sup>1)</sup>). Post hec autem Fantinus multis pulcris persuasionibus, volens evellere suam opinionem, articulos suos hereticos esse monstravit, quare repletus furore diris carceribus ipsum mancipavit, qui tribus mensibus inibi detentus precibus dilecti filii ducis Ludvici Bavarie demum libertati redditus est. Hec sunt opera illius pretensi regis ex quibus claret, quomodo se ipsum contumacem perjurum et hereticum aperte monstravit. Videntes denuo nos ita deceptum per eum certum processum contra ipsum statuimus, quem si continuassemus, debitum officii nostri forte fecissemus, deprecati tamen per dilectissimum filium imperatorem qui conversionem ejus, prout sperabat, pollicebatur usque modo cessavimus; prestolando cum pacientia, si forsitan ad cor reversus suum recognoscere vellet errorem, quoniam sancta mater ecclesia gremium non claudit redeuntibus. Nunc autem post multos legatos et nuncios nostros ad eum transmissos qui omnes inanum laborarunt, cupit iterum a nobis legatum ad tractandum. Quid enim tractandum est super his que per duo generalia concilia et novissime per nos de venerabilium fratrum nostrorum s. R. eccl-

n. 122.

<sup>1)</sup> Offenbar nach n. 105.

sie cardinalium consilio diffinita sunt? Videmus quod non petit aliud nisi ut sue dolositates et malicie pallientur; succrescit enim in dies ejus crudelitas, quia noviter quendam nobilem et catholicum baronem injuste quadripartiri fecit, bonos catholicos quotidie suppressit et omnia illorum castra municiones fortalicia occupat et suis hereticis commendat. Nichil ergo boni de hoc homine sperandum est qui totus mendax dolosus versutus maliciosus et vir plenus est veneno. Quapropter attentis premissis auctoritate nobis credita contra prefatum Girsicum citacionem personalem ad respondendum super erroribus et maliciis suis predictis dei nomine decernimus in optima et rigidissima forma et per edictum publicum, quoniam ejus presencia commode non potest haberi, cuius quidem prosecucionem ac eciam processum ulteriore in hac causa necessarium dilectis filiis nostris cardinalibus s. Petri et s. Sabine auctoritate nostra committimus.

n. 229.

Item his dictis astitit procurator fiscalis alta voce proclamans: Ego Anthonius de Eugubio procurator fisci requiro vos omnes et singulos reverendos patres dominos prothonotarios apostolice sedis nec non ceteros notarios et tabellarios publicos, quatenus super propositis per dominum abvocatum ecclesie ac eciam responsum per sanctissimum dominum nostrum publica conficiatis instrumenta tot quot fuerint necessaria etc.

Esch. fol. 237<sup>a</sup>—240<sup>a</sup>, nach Copien, die Hanko übersandt hatte, vgl. n. 254.

## C.

**Pius II. citiert den König Georg binnen 180 Tagen nach Rom.**

Pius episcopus servus servorum dei. Universis et singulis Christi fidelibus salutem. Pridem nobis tunc Petrioli Senensis diocesis constitutis per dilectum filium fisci nostri et catholice fidei procuratorem gravi cum querela exposito: Quod licet communio sacratissimi corporis et sanguinis Christi sub una duntaxat, videlicet panis specie laicis fidelibus tradenda in latina catholica ecclesia ab olim laudabiliter introducta et ab antiquis et sanctis ejusdem ecclesie patribus atque doctoribus et quam pluribus Romanis pontificibus sana doctrina et longissimo jam usu et consuetudine religiose observata ac demum eciam hac nostra etate magni illius ac celebris Constanciensis primum et deinde Basiliensis generalium conciliorum decreto et auctoritate canonice consummata extiterit et in eisdem conciliis determinatum, ut laici fideles unius duntaxat speciei communione contenti ad calicis bibicionem non accederent, quando eque sub una et sub duabus speciebus integer Christus sumeretur neque liceret alicui sua auctoritate ab hoc usu communionis recedere, in quo multis jam seculis catholica et apostolica ecclesia viguerit et multi sanctorum patrum atque doctorum, quorum celebris in ecclesia dei extat memoria et infinita prope christifidelium milia pie in domino obdormierunt, ita ut huic tam religiose doctrine et catholice ecclesie consuetudini quovismodo contravenire et ab illa declinare sacrilegum prorsus atque hereticum existat: Nichilominus jam dudum viri pestilencia spiritu elacionis inflati se ipsos ab unitate ecclesie catholice segregantes ac plus sapere volentes quam oportebat in inclito Bohemie regno, in quo enim apostolice sedis devocio et catholice religionis observancia plurimum viguit contra hanc salutarem commu-

nionis observanciam et catholice ecclesie consuetudinem et generalium conciliorum decreta novas confinxissent, hereses scismata et divisiones in dei populo fecissent, sedicionem et scandala excitassent, et primam omnium Romanam ecclesiam et apostolicam b. Petri sedem, extra quam salus esse non potest, palam detestari ac vilipendere et illis maxime qui mortali peccato tenerentur non obedire, ecclesiasticis viris temporale rerum dominium interdicere, preterea ecclesiarum bona diripere, Christi sacerdotes qui suis erroribus non consentirent modis omnibus persecui et eas ecclesiis et beneficiis curatis privare, secte quoque dampnate homines illis preficere, de quorum promotione ad sacros ordines dubitabatur, ecclesias dei evertere, religiosos mendicantes et cuiuslibet generis monachos ludibus habere atque diaboli inventum asserere, laicis eciam infantibus et aliis usu racionis parentibus eucaristie sacramentum sub speciebus panis et vini passim ministrare, calicem domini omnibus indifferenter prebere, nolentes eciam invitatos compellere, sine calicis communione neminem salvati posse publice dicere et predicare, circa missarum sollempnia et ecclesiastica sacramenta novos et prophanos ritus contra sanctorum patrum et majorum suorum tradicionem introducere, alias quoque varios errores seminare cepissent, quorum omnium pestiferum caput et sator malorum fuisset Johannes Hus heresiarcha, qui magne Constanciensis sinodi justo judicio igni damnatus est, a quo postmodum hujusmodi heresis sectatores Hussite nominati sunt, cuique denique quam plures alii tum precipue inveteratus jam et notorius heresiarcha Johannes Rockiczana successit, inter quos eciam educatus esset atque nutritus Georgius Pogibrat, nunc se pro rege Bohemie gerens, qui dudum, eciam antequam regium sibi nomen usurpasset, premissis omnibus et aliis diversis circa eucaristie sacramentum, presertim de remanencia panis post consecrationem dampnatis heresibus ac variis et gravibus criminibus irretitus, nec non de articulis fidei et ecclesiasticis sacramentis contra Romane catholice ecclesie doctrinam perverse senciens, jam tum Hussitarum in ipso regno precipiuus quidam dux atque defensor semper extitisset, nuper autem clare memorie Ladislao Ungarie et Bohemie rege rebus humanis exempto, Hussitarum favore atque potentia regnum utcumque adeptus, licet in coronacione sua in manus catholicorum episcoporum se observaturum in omnibus ritus et consuetudines s. R. ecclesie, ut catholicum decet regem, quod et sui fecerunt predecessores, et Romano pontifici obedire ac regnum Bohemie ac marchionatum Moravie ad obedienciam et ritum Romane ecclesie reducere et heresim extirpare juramento firmasset, contempta juramenti religione, dei timore postposito, honoris sui et salutis immemor, cum prefato Rockiczana heresiarcha, quem ut prelatum suum veneratur et colit, ac aliis regni et marchionatus predictorum hereticis publice conversari ac illis in suis perversis erroribus communicare et ubique fovere ac eos defendere, illorum sermonibus auscultare, sacrificiis palam et processionibus interesse, ab eis communionem eucaristie sub utraque specie sumere non timeret, et quod per litteras et nuncios nostros ad observationem juramenti hujusmodi requisitus, ut nobis et apostolice sedi illuderet pocius quam obediret et heresim suam palliare, obedienciam tandem qualecumque verbalem magis atque capciosam quam sinceram et efficacem prestitisset: Cumque nos nichilominus consuetudine et benignitate utentes dilectum

filium Fantinum de Valle utriusque juris doctorem, nuncium nostrum ad ipsum missemus, qui eum nostro nomine requireret eique mandaret, ut in viam veritatis gressus suos dirigeret, in his que fidei essent recte incederet, a communione calicis abstineret et cetera que juraverat promissa servaret, idem Georgius in conventu procerum et baronem regni per ipsum Fantinum ad premissa faciendum monitus mox sese in superbiam erigens et os in celum ponens ac dissimulatam diu veterem heresim jam eructuans, nostris et apostolicis monitionibus spretis, communionem utriusque speciei in qua ipse natus et educatus esset salutarem et a Christo salvatore in ewangelio mandatam nec velle nec posse dimittere publice respondisset, qui eciam communionem hujusmodi nobis prohibentibus se usurum et mandato nostro minime obediturum, communionem ipsam utriusque speciei salutiferam, ab omnibus laicis de precepto salvatoris inevitabili suscipiendam et parentum suorum viam ac mores sequi et in illis prout educatus fuerat persistere, quemadmodum hactenus fecerat, intendere contra catholice ecclesie doctrinam et generalem consuetudinem et generalium conciliorum decreta palam asseruisset, aliaque quam plura in derogacionem auctoritatis nostre et apostolice sedis probrosa ore polluto recitasset, hereticos preterea in regno et marchionatu ac vicinis provinciis predictis cottidie exaltasset, catholicos variis modis persecueretur et oppimeret, damnatam Hussitarum sectam in eisdem regno et marchionatu et vicinis provinciis seminare et propagare totis viribus conaretur seque palam hereticum ostenderet, et insuper premissis heresis suis sacrilegii criminis addendo, dictum Fantinum nuncium nostrum diris carceribus mancipasset et pluribus mensibus detinuisse in gravissimam divine majestatis offensam, animarum grave periculum, catholice religionis detrimentum ac scandalum et perniciem plurimorum: Nos tunc premissis cum magna cordis amaritudine intellectis causam contra ipsum Georgium super premissis ad dicti procuratoris instanciam venerabili fratri nostro Johanni episcopo Penestrino<sup>1)</sup> et dilectis filiis Nicolao tit. s. Petri ad vincula et Berardo tit. s. Sabine, s. R. ecclesie cardinalibus audiendam commisimus et fine debito terminandam, postmodum vero cum coram nobis interim ad urbem reversis premissa omnia ac singula in consistorio publico advocatus fidei replicasset omnemque moram et expectacionem in hac re nimium periculosam ostendisset, quandoquidem plus nimio Hussitarum heresis invalesceret, et nisi celeriter provideretur, paullatim ad vicinas provincias serperet, nos dicti procuratoris nomine instanter requisivit, ut animarum periculis in premissis occurrere, illarum saluti consulere, crescente dietim pestifero morbo oportunum remedium adhibere et premissis salubriter providere dignaremur: Nos itaque, cum jam eciam premissa omnia et singula a multis fidedignis accepissemus et contra dictum Georgium super hiis fama et vox publica laboraret, ea amplius sub dissimulatione transire non valentes ac simul considerantes, quam indignum quamque periculorum sit nobilis et potentis regni incolas christifideles, qui hactenus semper catholicos reges habuerunt, sub heretico rege vivere, qui subditos tales esse volt qualis ipse in primis est, cupientes eciam, prout ex debito pastoralis officii tenemur, animarum provi-

<sup>1)</sup> Von ihm ist merkwürdiger Weise in dem Breve vom 23. April 1464 (n. 241) nicht die Rede, ebenso wenig in Hankos Bericht vom 3. Mai.

dere saluti, procuratoris et advocati predictorum requisicioni tamquam juste et racionabili merito inclinati, causam hujusmodi a dictis cardinalibus ad nos harum serie advo-camus et insuper, licet premissa omnia et singula propter que eciam dictus Georgius se regno et omni honore et dignitate indignum reddidit, adeo notoria sunt, ut nulla possint tergiversacione celari, nosque super hiis utpote notoriis aliter procedere possemus, nec super eis nova contra ipsum Georgium sentencia necessaria videretur, cum ipse in heresim inciderit jam dampnatam, volentes tamen ex benignitate apostolica micius agere et instanciam dante domino ministrare, auctoritate omnipotentis dei, cuius vicem licet immeriti tenemus in terris, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum, ejus ac nostra per hoc presens publicum edictum in valvis basilice principis apostolorum de urbe, nec non in metropolitanis seu cathedralibus vel parochialibus Saltzburgensi Pataviensi Frisingensi Ratisponensi Bambergensi Nurumburgensi aut ceteris ecclesiis et locis publicis quibuscumque affigendum et exequendum prefatum Georgium, assertum Bohemie regem, cum ad eum tutus non pateat accessus, tenore presencium peremptorie citamus ac citari volumus atque mandamus, quatenus centesima octuagesima die post executionem presencium in valvis antedictis factam, si dies ipsa juridica fuerit, alioquin prima die juridica extunc immediate sequenti compareat in judicio legitime coram nobis, ubique constituti fuerimus, prefato fidei procuratori de et super heresis perjurii sacrilegii aliisque criminibus et ceteris omnibus prenarratis de justicia responsurus ac ulteriorius in causa hujusmodi procedi visurus et auditurus ad omnes et singulos actus et terminos successive et usque ad diffinitivam sentenciam inclusive, certificantes nichilominus eundem Georgium, quod sive in dicto citacionis termino, ut premissum est, comparere curaverit, sive non, nos nichilominus ad dicti procuratoris instanciam in ea hujusmodi auctorante domino procedemus, prout justicia suadebit et ordo dictaverit rationis, ipsius citati contumacia non obstante. Ceterum volumus et dicta auctoritate decernimus, quod presentes nostre littere in valvis predictis, ut premittitur, execute ad instar edicti publici dictum Georgium perinde artent et constringant ac si in ejus persona execute fuissent. Datum Anchone.

Esch. fol. 249<sup>b</sup>—251<sup>a</sup>. Er bemerkt dazu als Ueberschrift: S<sup>mus</sup> papa Pius II. proxime ante obitum suum contra regem hanc subscriptam decrevit fieri citacionem super querelis adversus eum per procuratorem fidei in publico consistorio propositis, et jam ad plumbum aptata in Anchona obiit in vigilia assumptionis b. Marie. O magnum luctum Wratislaviensium quibus amarisima fuit ista mors. Ueber die Umstände und die Zeit der Abfassung und darüber, das sie nicht zur Execution gelangte, vgl. Hankos Bericht vom 15. Angust (n. 257). Ebenso heisst es in der Relatio historica de rege Georgio etc. bei Höfler Geschichtsschreiber der hussitischen Bewegung III p 220, als deren Verfasser Caraval anzunehmen ist (vgl. die Note zu n. 230): Pius . . . citacionem contra Georgium decrevit eamque sub bulla expediri mandavit, cuius minuta facta fuit que hodie extat. Superveniente autem obitu Pii neque citacio executa neque littere expedite fuerunt. Vgl. ferner die darauf bezüglichen Stellen in der späteren Citacion vom 2. August 1465, n. 303. Nun findet sich aber bei Esch. fol. 252<sup>a</sup>—256<sup>a</sup> noch eine andere, umfänglichere und anders gefasste Executionsbulle vor, auf einem besonderen, nicht ganz ausgefüllten, von Eschenloer in seine Sammlung einfach eingehetzten Sexternus von fremder Hand geschrieben, mit der Bezeichnung von Eschenloers Hand: Bulla citacionis pape Pii contra Georgium hereticum, pre-

tensem regem Bohemie, Rome in consistorio publico decreto anno LXIII, XVI. Junii, sed non ivit in effectum publicum propter mortem ejusdem pape, qui postea moriebatur XIII. Augusti. Sie wiederholt in kurzen Zügen die ganze Geschichte des Hussitismus, von der Entstehung der Ketzerei in Böhmen, Hussens Feuertod, den daraus entstehenden Kriegen, den Verhandlungen des Basler Concils mit den Hussiten um die Compactaten, die aber nicht zum rechtskräftigen Abschluss gekommen seien, deren Artikel andererseits auch die Hussiten nicht gehalten hätten. Dann wird auf Podiebrad übergegangen, seine Einnahme Prags, sein Verhältniss zu Rokyzana, zum König Ladislaus, seine Wahl, seinen Krönungseid, seinen heimlichen Obedienzeid, seine Gesandtschaft nach Rom, die öffentliche Verwerfung der Compactaten, die Vorgänge auf dem Prager Hoftage im August 1462. Schon damals habe Pius gegen ihn als rückfälligen Ketzer einschreiten wollen, sei aber auf Fürbitten des Kaisers und anderer Fürsten davon abgestanden. Vom Brünner Landtage und den Neustädter Verhandlungen ist nicht die Rede. Nach vergeblichem Harren habe er die Sache zweien Cardinälen übertragen aber darauf sie wieder an sich gezogen und citiere nun den König binnen 180 Tagen zur Verantwortung nach Rom kraft der an der Peterskirche anzuschlagenden Bulle, da ihm in Person die Bulle nicht behändigt werden könne. Mit dem Datum Rome in consistorio publico apud b. Petrum XVI Kal. Julii 1464 etc. was indess nicht als wirklicher Abfassungstermin anzusehen ist, wie sich aus Hankos Berichten ergiebt. — Diese zweite Form hat Eschenloer für die richtige gehalten und in seinem deutschen Werke reproduciert (gedr. I, 243—252), sie hat auch Palacky in Prag vorgelegen (Gesch. IV. 2. 314), ebenso Voigt (Enea Silvio III, 500), doch spricht dafür, dass nicht sie sondern der vorstehend mitgetheilte Text der officielle gewesen ist, der Umstand entscheidend, dass derselbe in der Citacion vom 2. August 1465 (n. 303) wörtlich wiederholt wird. Wahrscheinlich ist jedoch die zweite Form von Pius selbst verfasst, während die erstere in Carvajals Canzlei entstanden ist. Wenigstens spricht dafür der Tenor der zweiten Form im Allgemeinen, und dann lässt sich darauf die Bemerkung in dem Briefe des Cardinal Franz Piccolomini vom 13. Februar 1465 (n. 275) beziehen. Wahrscheinlich kam sie also erst im Frühjahr 1465 nach Breslau und wurde von Eschenloer in sein Manuscript noch nachträglich eingeschoben. Daher erklärt sich dann auch die äussere Form, in der sie dort auftritt. Aus Hankos Briefen erfährt man Nichts darüber.

254.

1464 Juni 18. Rom.

## Fabian Hankos Bericht an den Breslauer Rath über das Consistorium vom 16. Juni.

Mein willig unverdrossen dinst allzeit zuvor. Erbarn und wolweisen günstigen liben herren. Ich hab ewr weisheit ytzund lenger denn in einem monden nicht geschrieben, ümb des willen das mir allezeit trost von wortten und kein werck gegeben worden, und wann ich euch durch mein letzte schrift, die ich denn ausz Senis zu euch sandte bey herre Mertin von Glogow, etwas betrübet hab, ich nicht gerne ewr weisheit mehr bekümern wolde. So hab ich nu geharret, das ich ewr weisheit widerümb derfrawen möchte, und wiewol sichs zu dem, als nu geschehn ist, geschickt hatte als balde als ich ken Rome kam, durch förderung der hochwürdigen herrn cardinale Senensis und s. Petri, jdoch hat mir der hochwürdige herre Cretensis dorinnen sere hülff getan, der denn kam ken Rome am sunabende nach pfingsten und tat allen fleisz in den sachen. Er kunde adir nicht lenger denn VI tag zu Rom bleiben, wann unnszir hiligster vatir was ganz fro seiner zukunft und schickt yn von stund hin ken Anchon alleding in ordnung zubereitten, wann sein heilikeit uff heute datum diszer schrift ausz Rom

n. 245.

26. Mai.

gescheiden ist, auch dohin zukomen. Ich meine adir, das uff disz jar ausz der Turkenreysz nicht werden mag etc. Nu hat sich nach abscheiden des herrn Cretensis die sache solange vortzogen von krangkheit wegen unszirs heiligen vatirs, wann sein heili-

16. Juni. keit yo selbst persönlich dobey sein wolde, und hat nu am sunabend nebstvergangen gehalden ein consistorium publicum, dorinnen alle cardinal bischoff und prelaten, die inn Rom warn, und auch aller fürsten und herrn ambasiaten, und nemlich des künngs von Franckreich und des herczogen von Burgundie herliche botschafft gewest sein, dorinne wider den Girzig durch den eldesten advocaten consistoriale vorczelt ward, in massen als ich ewr weisheit des hiebey sende copien, und auch die meynung der antwort doruff unszirs heiligsten vatirs. Item es ist ny gehört, das ein consistorium publicum durch einer sache willen allein berüffet wer worden, und wiewol gar vil sachen zu verczeln weren gewest von bischoffen und andern prelaten, so wolde doch unszir hiligster vatir süstnymant uff dismal hören denn allein die sache, und sasz lenger denn II stund offinbarlich do, wiewol er doch zwar swach was; sein heiligkeit antwurte uff die proposicio des advocaten wol ein gancze stund und verzelte do alle bosheit des ketzers, als ewr weisheit das clerlich ausz der copien vorsteen werden, jdoch ist das die entliche meynung dorausz, das ein bulla wider yn wirt ausz geen als ein citacio, dorinne er geladen wirt sich zuverantwurten der ketzerey und andir bosheit, damit er betzichtiget ist; wurde er adir nicht kommen persönlich und sich vorantwurten, so solle man jn declariren hereticum et tanquam indignum privari regie dignitati (!) et regno. Item ich hab geredt mit den hern cardinalen Spoletano und s. Petri, die denn in der sachen richter gesatzt sein, ap ich die bulle mit meinem boten hinausz senden mochte; so sprechen sie, das ich nicht töge, wannen unszir hiligster vatir müsse das selbst bevelhen einem der gesworen dorczu geschickt wirt. Auch so müssen der bullen mehre denn eine sein, das man sie etlichen bischoven und fürsten lassen mag, wann sie wurden an copien nicht so vil glauben haben. Ich besorg adir gar sere, das sichs in die lenge alzo vertzihen und der kaiser etwas krummes dorein werfen möchte, wannen er thut allen fleis vor den keczer. Hirümme durch rate und geheisz des herrn s. Petri so wil ich uff mitwoch von hynnen reitten zu unszirm hiligsten vatir und vorsuchen mit allem fleysz, ap sein heiligkeit das alzo durch sein eigen botschafft bestellen wolde. Ich verneme adir so vil wol vom herrn Spoletano, sal das endlich und an vortzug geschehn, so wirt not werden, das ich von unszirm hiligsten vatir begeren werde, das sein heiligkeit mir solchs bevelhe zuthun adir einen andern, und solle zuversten geben, das die botschafft durch ewr weisheit tzerung aufgericht werde. Idoch wil ich hirinne gebrauchen rat des hochwirdigen herrn Cretensis, den ich bei seiner heiligkeit hoffe zu finden. Erbarn liben herrn! Ich sehe wol, der pabst und die heilige kirche thut alle sach gern von des heiligen glauben wegen, alzo ferre als ane gelt mag zugeen. Ich hett gemeint, die bulla von Caspar Nosticz wegen gratis zuhaben, als ichs denn bat und mir unszir hiliger vatir zugesagt hatte, dennoch hab ich dorfür ausgegeben hin und wider scriptori bullarum, abbreviatori, in camera und in registro, den knechten pro bibalibus, VII ducaten; wann hett sie sollen getaxiret werden, man konde sie vor LX ducaten nicht ausgericht

20. Juni. n. 252. wil ich uff mitwoch von hynnen reitten zu unszirm hiligsten vatir und vorsuchen mit allem fleysz, ap sein heiligkeit das alzo durch sein eigen botschafft bestellen wolde. Ich verneme adir so vil wol vom herrn Spoletano, sal das endlich und an vortzug geschehn, so wirt not werden, das ich von unszirm hiligsten vatir begeren werde, das sein heiligkeit mir solchs bevelhe zuthun adir einen andern, und solle zuversten geben, das die botschafft durch ewr weisheit tzerung aufgericht werde. Idoch wil ich hirinne gebrauchen rat des hochwirdigen herrn Cretensis, den ich bei seiner heiligkeit hoffe zu finden. Erbarn liben herrn! Ich sehe wol, der pabst und die heilige kirche thut alle sach gern von des heiligen glauben wegen, alzo ferre als ane gelt mag zugeen. Ich hett gemeint, die bulla von Caspar Nosticz wegen gratis zuhaben, als ichs denn bat und mir unszir hiliger vatir zugesagt hatte, dennoch hab ich dorfür ausgegeben hin und wider scriptori bullarum, abbreviatori, in camera und in registro, den knechten pro bibalibus, VII ducaten; wann hett sie sollen getaxiret werden, man konde sie vor LX ducaten nicht ausgericht

haben. Alzo fürchte ich, wirts auch zugeen mit den bullen der citacion des Girzigken, wiewol das ex officio geschen sölde von rechts wegen. Item ich schenckte dem advocaten, der is auch sust zuthun phlichtig ist, II czöbil und III ducaten. Item ich sende ewr weisheit hiemit die obgenannte bulla protecccionis. Item ein copia, wie des ketzers botschafft dem keyser geantwurt hat. Uff solche sein antwurt hat ytzund der keyser here gesand bruder Gabrielem ordinis minorum de observancia, den ir denne wol kennet, als er spricht. Mich düncket, er sey ein gantz fromer mensch. Alsbalde er kam ken Rom, so sandt nach mir der herr Senensis und sprach: ich wil euch sagen nova, ir habt, gloüb ich, einen adversarium hir, jdoch er ist so ein fromer mensch; ich hoff, er werde nicht sagen was contra conscientiam sey; dennoch so wil ich do bey sein, wie wolle er in bevehlung hat vom keyser, das er solle allein mit unszirm hiligsten vatir reden. Ich wil euch wol warnen, wurd er was wider euch sagen. Darnoch so ich zu dem herrn Senensis wider kam und fragt yn, sprach er: frater Gabriel hat sein botschafft geworben; er hat adir auch do bey gesagt, was yn gut dünckt in seiner consciencez als ein fromer religiosus, der dem ketzer feynt ist. Item er bleib auch im consistorio und hort do zu, das ers dem keyser eigentlich gesagen möge. Ich send euch ein copia eins breve, das ich gesandt hab dem konig zu Poln bey seinem ambasiator, dem ritter herrn Johan von Ostrorog genant, den ich sunderlich gebeten hab, und er hat mir geredt ewrer weisheit vil gunst zu machen bey dem könig. Er ist mir sunderlich gönstig, wann wir haben in studio Erfurdiensi II jar miteinander gestanden. Ich send euch gleicherweisz ein solch breve an herrn Friedrich marggraffen zu Brandenburg, es hilff so vil als mag, ich weys wol, das es nicht geschaden kan. Item der herr Cretensis hat mir bevolhen euch zu sagen, das ir, ap sach sey, das herr Baltasar villeicht nicht ein heymisch were, solch sein brieff ussbinden sollet, wann dorinn ein breve ist, das ewr weisheit zugehört; was denn herrn Baltasar furder mehr geschrieben und bevolhen ist, werdt ir durch yn wol vorsten. Ich hab auch vil geredt mit dem herrn s. Petri und auch mit messer Gora von der schrift wegen des höubtmans zu Glotz. Es ist nicht vgl. n. 229 N. ir rat, das man all sölch sach vor den pabst bringen solle, sundir ewr weisheit mag im schreiben, das ir einen legaten habt und seyt sub proteccione sedis apostolice. Hirymb hat ymand mit den ewren zu thun, der mag es rechtlich doselbst suchen. Sie meinen auch und verwundert sie, das ir eins solchen unendlichen menschen schrift so vil zu synne zyhet, und es sey gnug ken im schriftlich verantwurt. Auch mag all mann wol sehn, das er andirs nicht denn schalckheit dorinn suchet. Item der bischoff von Breslow darf sich nicht berömen, das der herre Cretensis solle gestrafft werden, er ist aller werde wilkommen, und etlich mechtige, die ich euch vormals schriftlich bezeiget hab, die grosz hinder im redten, die törsten des nu mit einem worte nicht gedencken. Ich weisz, das yn unszir heiligster vatir gantz lieb hat und auch misser Gora als dominus Gregorius, der herre Senensis und sunderlich der herre s. Petri. In haben alle cardinale so herlich empfangen, als wer er gewest ein cardinal. Sie wissen doch zwar wol, das er ir bruder muss werden, nicht meher denn so vil zeit muss er vorlisen. Item der keiser hat lassen bitten von des ketzers wegen einen legaten zu senden.

n. 252.

n. 230.

n. 250 N.

n. 250 N.

Esch. fol. 266<sup>b</sup>—267<sup>b</sup>.

---

## 285.

1465 April 30. Rome.

Paul II. an den Breslauer Rath. Antwort auf n. 274.

Paulus papa II.

Dilecti filii! Salutem et apostolicam benedictionem. Recepimus pridem litteras vestras quibus pariter et per dilectum filium Fabianum procuratorem vestrum de vestris incommoditatibus satis instructi sumus animoque revolvimus, et ea propter jam dudum misimus venerabilem fratrem Rudolfum episcopum ad providendum his rebus juxta traditam sibi per nos facultatem, cuius nunc responsionem expectamus, qua habita curabimus iterum omni solertia securitati vestre ita consulere, ut paternum animum quem ad fideles s. R. ecclesie filios gerimus vobis non deesse sentiatis. D. Rome apud s. Petrum sub annulo piscatoris die ultimo Aprilis 1465 pont. n. a<sup>o</sup> primo. L. Dathus.

Stadtarchiv CC 18<sup>t</sup>. Or. Perg. Sieg. zerfallen.

286.

1465 Mai 3. Rome.

**Paul II. an den Legaten Rudolf. Aufforderung zum Schutze Breslaus das Seinige zu thun.**

Venerabilis frater etc. Post tuum a nobis discessum scripserunt ad nos dilecti filii Wratislavienses longam epistolam enumerantes gravia pericula et discrimina in quibus res eorum assidue versantur propter malignitatem adversariorum qui incessanter eos subjugare satagunt et insidias omni arte struunt ac vim parant, ut iniqui propositi fiant compotes. Nos vero qui, ut tu optime nosti, Wratislavienses peculiari caritate prosequimur et eorum afflictionibus commiserescimus, rescribimus ipsis consolantes n. 274. affectione qua possumus casus eorum nostrumque paternum animum significantes. Non dubitamus eos, cum tu illuc applicueris, singularem consolacionem recepturos. Tua enim presencia ipsorum animos ad constanciam confirmabit multisque mederi et providere poterit. Tu vero in omnibus studeas Wratislaviensibus sermone et opere auxilium afferre et juxta datas tibi per nos commissiones et mandata proteccioni et saluti eorum omni solertia advigiles et incumbas. Quodsi Bohemus a machinacionibus et insidiis non desistet, ejusque mentem nihilo in melius mutari cerneret, redderes nos de omnibus cerciores, ut ea remedia adhibeamus que honori nostro et sedis apostolice convenient et quieti et securitati catholicorum videbuntur expedire. Et nichilominus medio tempore tu contra illum procedas modo et forma tibi per nos tradita. Datum Rome apud s. n. 285. Petrum III. Maji etc. (!)

Esch. fol. 275<sup>b</sup>.

287.

1465 Mai 4. Rome.

Cardinal Franz Piccolomini schreibt dem Breslauer Rath mit dem gerade heimkehrenden Boten, dass die Stadt nur vertrauen solle, es werde Alles nach Wunsch gehen. Versichert seine Bereitwilligkeit zu allen Diensten. Rome die IIII Maji 1465.

Esch. fol. 275<sup>b</sup>—276<sup>a</sup>.

288.

1465 Mai 5. In Nova Civitate.

**Legat Rudolf entschuldigt sich beim Breslauer Rath, dass er noch immer nicht zu ihm kommen könne.**

Spectabiles et providi viri, amici carissimi. Scripsimus cum ultimo nuncio reverentibus vestris et reverendo d. Baldassari de Piscia vobiscum existenti satis late de singulari. Speramus vos hujusmodi litteras habuisse, sed ne presencium latorem vacnum remitteremus, decrevimus vobis mittere prout mittimus copiam littere quam s<sup>mo</sup> domino n. scripsimus, ex qua adhuc clarus de proposito nostro poteritis informari. Et prout proxime scripsimus et hortati sumus, quod de longiori mora nostra devociones vestre tedium non habeant, ita denuo hortamur; certe nil aliud tempore absencie nostre facie-

mus quam salutem vestram et tocius populi christiani, quantum in nobis erit, procurare. Dictam copiam prefato domino Baldassari ostendite ac rescribete<sup>1)</sup> quantocius quid in negocio expensarum de quo tunc eidem d. Baldassari, ut vobiscum desuper conferret, (vgl. n. 296.) scripsimus, agere possitis et velit. Si nuncius nos hic non reperiet, dicetur sibi in hospicio nostro ubi nos reperire possit. Feliciter et votive valeatis. Datum in Nova Civitate Austrie dominica quinta Maji a. d. 1465.

Esch. fol. 270<sup>a</sup>, der qu. Bericht an den Papst, undatiert fol. 270<sup>b</sup>—271<sup>b</sup>, gedruckt bei Palacky Urk. Beitr. n. 328 A. Der im Text erwähnte presencium lator dürfte der Ueberbringer von n. 281 sein und das Schreiben als Antwort darauf anzusehen sein, obwohl es auf den Inhalt von n. 281 gar nicht eingeht.

289.

1465 Mai 14. Rome.

## A.

Paul II. an den Legaten Rudolf, dass er auf sein Gesuch um weitere Verhaltungsbefehle (Palacky, Urk. Beitr. n. 328 A.) den Cardinal Carvajal mit der Antwort betraut habe.

Venerabilis frater etc. Recepimus tuas litteras ad nos scriptas super occurrentibus (vgl. n. 288.) in partibus istis et super his que a te acta exstiterunt, et quoniam nos consuluisti, ut tibi significaremus quid sis acturus, nos de omnibus communicavimus cum venerabili fratre nostro Johanni episcopo Portuensi, cardinali s. Angeli, eique injunximus, ut tibi rescribat de voluntate et intencione nostra. Recipies itaque ejus litteras quibus fidem prestabis indubitatam. Datum Rome XIIIII Maji anno primo.

## B.

## Antwort Carvajals an den Legaten Rudolf.

Reverende in Christo pater etc. Laborat multum v. paternitas, ut se excuset, quod litteras suas s<sup>mus</sup> dominus n. cicius non accipit. Non erat necesse judicio nostro, ut se paternitas v. tam accurate apud pontificem excusaret qui de vestra diligencia et industria plurimum confidit. Suscepit tamen pontifex excusacionem vestram optimo animo personamque similiter diligenciam plurimum commendavit, neque dubitat paternitatem v. in commissis diligentem fuisse, que eciam diligenciam suam honeste voluit excusare. Sed de hoc hactenus. Ceterum ad ea que de domino Benedicto milite Moravo scribitis, dubia valde sunt et incerta que ex parte Bohemi idem Benedictus promittit. Sepe antehac ista et similia promissa sunt, sepe littere, sepe nuncii missi. Pluries jam ista tum apud nuncios apostolicos, tum apud imperiale majestatem, tum eciam apud sedem apostolicam temptata remedia, hec et majora Georgius sepe pollicitus est et juramento firmavit; fuit aliquando spes, ut istis mediis Bohemus desipiseret seque et regnum Bohemie ad unionem ecclesie et obedienciam apostolice sedis reduceret, sed frustra hac-

<sup>1)</sup> In der Handschrift steht freilich deutlich ostendentes ac rescriptentes.

tenus hec spes habita est, incassum abiere labores, nullus in hunc usque diem effectus tot promissorum secutus est. Distulit hucusque apostolica mansuetudo contra Bohemum via juris procedere, suspendit novissime s<sup>mus</sup> dominus n. processus per predecessorum suum contra Georgium inceptos non absque fidei et catholicorum discrimine, sed non desistit Georgius in sua durare perfidia, baronem catholicum et apostolice sedis devotum persequitur et illius castra obsidet et expugnat, Wratislaviensibus et aliis catholicis minatur excidium, et cum Christi fideles in apostolice sedis obediencia persistentes expugnari Romanus pontifex vetat et ab obsidione catholici baronis desisti mandat, priora iterum repetuntur promissa, frustra hactenus tentata denuo proponuntur remedia. Aserit Georgius non se idcirco baronem persequi, quod is catholicam fidem observet et in obediencia Romane sedis persistat, sed quia Bohemo homagium prestare et fidelitatem jurare non velit. Ista Bohemum non satis excusant, certe non debuit catholicus baro hereticorum erroribus quovis modo consentire nec illi fidelitatem servare tenebatur qui deo et ecclesie sue fidem jurejurando promissam non servavit, neque ei homagium facere qui in heresi persistens dominus suus esse non potuit. Verendum est igitur prius sepe promissa Bohemum nunc mente simulata repetere, qui prestatam olim a se fidem non dubitavit infringere, sed neque facile credendum est illum ad communionem ecclesie et obedienciam apostolice sedis reversurum, qui in re tam parva et minimi quidem prejudicii, ut est dissolucio obsidionis, hujusmodi mandatis apostolicis rennuit obedire. Si enim bono animo et mente sincera Georgius incederet et se apostolice sedi conformaret, non dubium est et baronem hunc quem expugnat et Wratislavenses ceterosque catholicos ad illius obedienciam sponte venturos, qui semper catholicis Bohemie regibus fideliter paruerunt. Et si fortasse, quod tamen de catholicis minime credendum est, Georgio ad fidem reverso parere recusarent, posset ipse in gracia et communione sedis apostolice persistens et regni potencia et apostolice sedis favore illos facilius cohercere; quodsi Bohemus, ut timendum est, sincere non ambulat et decipere pocius quam obedire intendit, gravissimum certe fuerit et periculi plenum suspensionem mandati vel censorum facere aut aliquid innovare vel promittere aut dilacionem concedere, quorum pretextu interim catholici expugnarentur et Bohemi cogentur imperium ferre. Oranda itaque est imperialis majestas illique magnopere persuadendum, ut, quemadmodum ad officium sue celsitudinis pertinet, ita catholicorum defensionem suscipiat nec permittat illos quorumcunque tractatum aut dilacionum pretextu hec ab hereticis expugnari. Et in hoc v. paternitas omnes suas vires studeat extendere. Nam si Bohemus contemplacione imperialis majestatis obsidionem dissolvere recusaverit, intellegit imperialis celsitudo qualem Bohemus vicem sibi reddat, qui processum per sedem apostolicam contra Bohemum inchoatum procuravit suspendi. Verum si forsan Bohemus ad imperiale majestatem oratores miserit qui tractare velint, poterit interesse paternitas v. et illos audire, ita ut nulla mandati aut censorum fiat revocatio, nulla suspensio, sed omnis nichilominus diligencia, omnis possibilitas adhibeat, ne quid interim detrimenti catholici accipient. Quodsi id Bohemo et suis grave videbitur, multo gravius, ymmo gravissimum foret pro incerta promissionum spe viros catholicos et apostolice

sedi devotos evidenti et manifesto discrimini obicere et hereticorum submittere potestati. De subortis noviter inter serenissimum dominum imperatorem et alios principes dissencionibus ac aliis qui in terris ipsius domini imperatoris occuparunt loca, prout scribit v. paternitas, dolet multum s<sup>mus</sup> dominus n. Orat deum sua beatitudo, ut sublatis dissencionum materiis pacem concedat, confidit eciam de imperiali majestate, ut ipsa pro religione et prudencia sua dissencionum causas e medio tollere et pacem reformare curabit, ut pacatis rebus suis bellum in Thurcos crucis Christi inimicos succipere possit. Ad quod imperiale celsitudinem v. paternitas exortari studebit. —

Esch. fol. 274<sup>a</sup>—275<sup>b</sup>. Dahinter die Bulle an die böhmischen Stände vom 13. Mai, die bei Palacky Urk. Beitr. n. 330 gedruckt und als Antwort auf den Brief des Königs in n. 323 derselben Sammlung zu nehmen ist. Ueber die Reise des diese Schreiben überbringenden Boten vgl. n. 295.

290.

1465 Mai 15.

## Der Breslauer Rath antwortet dem Legaten Rudolf auf n. 283.

Nach Wiederholung der alten Klagen, dass das böse Beispiel der Bischöfe immer mehr Volk verführe, dass viele Schwankende fürchteten vom heiligen Stuhl im Stiche gelassen zu werden, und dass die Rettung der Christenheit in diesen Landschaften nur von Breslaus Standhaftigkeit abhänge, fährt das Schreiben fort: Ideo, rev<sup>me</sup> p., attentis omnibus rebus ac condicionibus quibus fidei salus et obediencie christiane stabilimentum provideri et consuli habet et debet, omnino necesse est, ut s<sup>mus</sup> dominus n. manus a lite non subtrahat et ad minus que plumbo et carta potest absque suspensione continuet et per v. rev<sup>man</sup> paternitatem in ista Wratislavia constitutam talia perficiat et disgregatas oves revocet sine longiore tardacione, ne deterius involvantur maliciis. Dicimus tamen optimum et fidelem populum esse in Slesia Lusacia et in parte Moravie Bohemieque, licet deceptum et seductionis laqueis irretitum, ut de facili a facto non resiliet. Cum tamen serium et rigorem vicarii Jhesu Christi viderit, indubie filios obediencie se semper ostendent. De his satis, rev<sup>me</sup> d.; quoniam credimus proxime venisse aut brevi venturum esse quem misimus longum girum facientem ad v. rev<sup>man</sup> paternitatem. Communicavit nobis singula venerabilis pater d. doctor Baldassar que v. rev<sup>ma</sup> paternitas illi injunxit; letati sumus de paterna consolacione eciam consiliis suis acquiescentes humiliter. Sed de pecunia in Nurembergam ponenda credimus suam paternitatem lacius scribere, cambium disposuimus, ut v. rev<sup>ma</sup> paternitas tricentos florenos Renenses apud illum quem ibidem nominavit indilate reperiet pro festo s. Johannis baptiste proxime veniente. Non enim adest aliqua hic pecunia camere apostolice deputata vacua nisi in Polonia, que fortasse absque excepcione et instancia prefato domino doctori non dabitur, nisi accederet speciale mandatum v. rev<sup>me</sup> paternitatis. Nichil itaque retardet aut impedit v. rev<sup>man</sup> paternitatem quantocius huc volandam, ubi milicia ei deputata est, ubi secure ac tute quiescat, ubi fructum et honorem sibi et sancte sedi apostolice faciet

n. 281.

n. 296.

4. Mai. eterna laude et gloria persolvendum. Ceterum id quod nunc feria sexta ante dominicam Jubilate proxime preterita in civitate quadam dicta Camenz, una de Sex Civitatibus Budissin Gorlicz etc., accidit, v. rev<sup>me</sup> paternitati narrare oportet. Nam in eadem civitate orta est differencia in plebe, ut suscepimus, de prestita obediencia pretenso regi, et an alie sint cause adhuc ignoramus, ob quas capitaneus ibidem locatus dominus Hinko de Colowrat, dictus illarum Sex Civitatum advocatus, eandem civitatem dolose et armata manu violenter occupavit et duobus viris antiquis bonis et fidelissimis sine confessione ante proprias lares decollatis plures cives abduxit captivos; breviter nunc hunc casum omnibus christianis communitatibus animadvertisendum insinuamus quem postea, cum major nobis rectificacio fuerit, clarius declarabimus, decapitacio tamen et captivitas sic facte sunt. De diffidacione autem imperiali sublimitati facta dolemus et miramur. Utinam eadem majestas, uti speramus, debitum faciat ac populo suo nimium oppresso succurrat. Cupimus in visceribus misericordie v. rev<sup>me</sup> paternitatis recommendatos speculari et gracioso favore prosequi et tandem, utinam citissime! sua jocundissima presencia valde necessaria letificari, que semper valeat in bona hora prospere pro nostra maxima consolacione. Datum XV mensis Maji ipsa die b. Zophie a<sup>o</sup> d. 1465.

Esch. fol. 268<sup>b</sup>—269<sup>b</sup>. Vgl. VII, 110.

---

## 291.

## 1465 Mai 18.

In einem sehr erregten Schreiben meldet der Breslauer Rath dem Legaten Rudolf, dass der König ein höchst boshaftes Complot gegen die Stadt geplant habe, dessen Einzelheiten dem Papier nicht anvertraut werden könnten. Sed ipsa v. rev<sup>ma</sup> paternitas singulas intelliget ab illo homine qui nobis illas declaravit, qui tractatibus et conspiracionibus interfuit vidit et audivit, qui fidelissimus est, qui ex compassione christiane fidei dolens de interitu hujus loci, ex quo maximam cassacionem christiane obediencie noscit suboriri, se conferet personaliter ad v. rev<sup>mam</sup> dominacionem; dicet coram clarius omnia quam nunc scribere liceat. Bitte um seinen Schutz. Datum sabbato ante dominicam Vocem jocunditatis ao. etc. LXV.

Esch. fol. 269<sup>b</sup>—270<sup>a</sup>. Dazu hat er später am Rande bemerkt: Iste qui has avisaciones fecit fuit unus apostata ordinis predicatorum et habitum deferebat sacerdotis. Fuit predicator in pluribus locis, missas legit, confessionem audivit, et tamen non fuit presbyter et omnia mentita fuerunt. Postea detentus in Othmochow turri expiravit.

Ebenso widerruft er am Rande (non fuerunt vere hee avisaciones) die folgende dem Briefe angegeschlossene Notiz: Civitas Wratislaviensis fuit ab optimis et magnis viris avisata qui interfuerunt, quando rex iste pretensus predicta concluserit, et fuerunt primum, quod differencias et sediciones curet disponere hic in communitate, sicut de facto se jactitavit in ea plures in parte sua haberet. Astiterunt civitates Suidnicensis cum suis et Sex Civitates Budissin Gorlicz etc. et induxerunt eciam regem compellendo, ut contra civitatem istam insurget, ipsi velint assistere corpore ac rebus. Nam non possent ammodo pati, quod Wratislavenses sub regis obediencia non esse deberent a quibus subsannarentur, heretizarentur. (!) Ideo domini consules supradicta ad dominum legatum scripserunt et undique vigiliam et custodiam die et nocte non omiserunt.

---

292.

1465 Mai 18. Bude.

**Erzbischof Hieronymus von Creta an den Breslauer Rath. Ueber seine Theilnahme für die Angelegenheiten der Stadt.**

Magnifici viri, amici in Christo dilectissimi. Deditus VI die mensis hujus litteras caritatibus vestris per concivem vestrum Absalonem Swobsdorff. Ex post habuimus cursorem vestrum expectatissimum quidem cum litteris pariter ex penultima die mensis Aprilis, quibus omnem rerum vestrarum successum ad illam usque ad diem, copias brevium pontificis maximi, litterarum rev<sup>mi</sup> patris d. Laventini et responsionum vestrum plane perceperimus. Quid eciam inimici fidei molliuntur et consuetis suis machinationibus contra vos innituntur et vidimus et absque litteris jam diu intelleximus, domini locum tenentis Baltassaris pro sancta sede apostolica eciam litteras habuimus nobis gratissimas, eo maxime qnia rebus vestris pro viribus incumbit, facit enim quod dei et sui officii est; laudamus quod nil nisi in defensionem contra hostes vestros absque apostolice sedis licencia attentetis. Domini Laventini habemus litteras ex Nova Civitate quibus videtur, quod inimicus dei nolit ab impetione fidelium desistere, et ut videre video, recessurus erat inde et prosequi juxta delegatam sibi provinciam ulterius, prout bene scire debetis; bona de causa non replicamus. Scripsit tamen, quod principes Germanie sollicitaret ut catholicis assisterent, quam provisionem quia vanam intelligimus, deo favente biduo cogitavimus quid agendum esset, et spiritus qui ubi vult spirat docuit aperire librum et signacula solvere et sumpto calamo quod inspiravit altissimus operati sumus. Eramus tunc nuncium nostrum pro rebus fidei contra infideles expediti, quem vestri intuitu biduo substinuimus, licet prius binis et duplicatis litteris et tunc eciam in rebus vestris non fuimus immemores, verum propter temporis lapsum, eciam quia non est hominibus jugis omnium rerum memoria, statum catholicorum, pericula ipsorum, astacias et dolos adversariorum, modum observandum cum dei gloria et dignitate negotii explanavimus, ita nt forte in tentandis plurimis contrivissent tempus cum protractione negotii, quibus declaratis et solutis nobis non erit necesse nisi juxta deum in re ipsa prosequi; utinam essemus per horam simul, et cor et opera Cretensis vestri possetis facie ad faciem intelligere, facile perciperetis an civitatis illius vestre caritate videlicet et amore fuimus oblii! Sed hec omnia sint penes vos bono respectu. Non minus commodo vestro hic quam ibi assistimus plurimum. Letamur quod penes vos erit optimus pater de cuius prudencia et bonitate confidimus, quod rem omnem vestram intelliget longe melius quam Cretensis ignarus idiomatis vestri facere potuerit. et vias ac obliquitates illius in quo maxima deberet esse fides in inferiorum exemplum dare percipiet nec intelliget dictis aut consultacionibus hominis credendum esse, que omnia in jacturam et interitum catholicorum penitus diriguntur. Cito percipiet vias ejus et alterius sui ordinis quos ambos omnium malorum novit deus causam et fomentum esse cognovimus. Plura dicere cuperemus, consultius est silere, cor ipsum nostrum amplectamini, et si qua forte velletis a nobis dici apercius, ignoscite discriminis viarum, locorum distancie et temporum condicionibus quibus necessariam nos in singulis circum-

n. 282.

n. 284.

speciem habere convenit. Unum scitote, vobis continue sumus, et a Fabiano forte aliquid intelligitis, dominum doctorem caritatibus vestris ex corde commendamus, cuius salutem et conservacionem vobis caram facimus. Scribimus domino Laventino, quia inde facilius speramus in Germaniam vel ubi fuerit poteritis litteras dare, vestris eciam litteris nos paternitati sue carum facite, quem eciam atque eciam ex corde vobis commendamus. Providimus cursori vestro qui, ut dicit, fuerat spoliatus, itinera vere discriminosa sunt. Prestolamur subsidia pontificis contra Turcos et non cessamus continue pro dei gloria in agro suo serere, deus ipse assistat, et ut oracionibus fidelis populi nostri non deseramur vehementer rogamus. Valete in eo qui est vera salus et totam communitatem nobis cordi fixam in domino salvam dicite, quos ne a spe optimi dei nostri et a consueto virilique ipsorum animo decidant, hortamur maxime altissimum, fidei vestre et constanti in bono perseverancie patrocinetur et faveat. Bude die XVIII Maji MCCCCLX quinto.

Esch. fol. 271<sup>b</sup>—272<sup>a</sup>. Die Abschrift ist sehr fehlerhaft, nicht von Eschenloers eigener Hand. Die Anspielung auf S. 127 unten geht auf die Bischöfe von Breslau und Olmütz.

## 293.

1465 Mai 18. Rom.

Fabian Hanko berichtet dem Breslauer Rath von seiner Audienz am 9. April um 5 Uhr Nachts beim Papste, der ihn gnädig anhörte und sagte, er habe darum einen (14. April.) Legaten nach Breslau gesandt, um der Stadt in ihrer Noth beizustehen. Nach Ostern U. B. n. 323. kam ein reitender Bote vom König Georg nach Rom mit vielen Briefen sowohl von ihm als auch den mährischen Baronen. Dieser musste länger als 3 Wochen auf Antwort warten. Auch hatte das Capitel zu Prag zwei Priester dahin geschickt, die ihre Klagen über den König beim Papste anbrachten. Hanko schickte dem Rath agnus dei in einer Schachtel, die der Papst selbst mit eigner Hand hineingelegt, über die gemalte Schachtel gelacht und gesagt: O tu sa fare larte. Fünf ganze Tage lang habe Seine Heiligkeit nichts Anders gethan als agnus dei ausgetheilt<sup>1</sup>). Sonnabend nach Cantate.

Auszug bei Klose III, 321—322. Am selben Tage schreibt auch Carvajal ein kurzes Billet an Rath und Gemeine, sie sollten nur ausharren, sie würden gerettet werden. Der Papst habe schon in Betreff ihrer an den Legaten Rudolf geschrieben, cui eciam amplam facultatem concessit. Weiteres würden sie durch Hanko erfahren. Ex Roma XVIII Maji a<sup>o</sup> 1465. Esch. fol. 276<sup>a</sup>.

## 294.

1465 Mai 22 — Juni 10.

## A.

Der Breslauer Rath meldet dem König Kasimir von Polen, dass Herzog Konrad von Oels die Absicht habe ihn wegen der unerledigten Ansprüche seiner Gemahlin auf einige polnische Besitzungen mit Krieg zu überziehen, und räth ihm zu einem gütlichen

<sup>1)</sup> Am 26. Mai schickt er dem König Matthias 500 agnus dei zur Vertheilung an seine Dienerschaft. Vgl. Hunyadiak Kora XI, p. 122.

Vergleich; er möchte doch dem Herzog recht bald einen neuen Tag bestimmen. Der Rath fürchtete besonders, etwaiges Kriegsgetümmel möchte dem Ablass auf den Johannisstag sehr zum Nachtheil gereichen. D. feria quarta in vigilia ascensionis domini a<sup>o</sup> 1465.

## B.

Der König antwortet, dass er aus Friedensliebe schon vor Empfang ihres Briefes dem Herzog Konrad einen Tag auf Trinitatis nach Krakau angesetzt habe, dass dieser aber nicht erschienen sei, wahrscheinlich in der Absicht nach seinem Belieben gegen ihn zu handeln und den Frieden zwischen Polen und Schlesien zu stören. Er hoffe, dass die Breslauer das zu hindern suchen würden. De mercatoribus vestris quos causamini in Radomske et Sandomiriensi thelonis esse gravatos et solucionibus insolitis angariatos efficere curabimus, ut singula indebite a vestris extorsa restitucione demandentur, et ne amplius ac deinceps aliquibus inconsuetis solucionibus vestri molestentur. Ex conventu vero generali regni quem in proximo sumus habituri ad tollendum omnes difficultates vobis patefaciemus quibus stratis et viis antiquo more observatis vestris mercatoribus in dominii regni nostri erit proficiscendum. D. Cracovie feria secunda in crastino benedicte Trinitatis a<sup>o</sup> 1465.

9. Juni.

Esch. fol. 273<sup>b</sup>—274<sup>a</sup>. Vergl. dazu Dlugoss II, p. 348 u. 354. Betreffend den Handelsverkehr zwischen Schlesien und Polen besitzt das Stadtarchiv noch eine ganze Reihe von Urkunden und Correspondenzen auch aus dieser Zeit; sie sind hier als nicht in diesen Zusammenhang gehörig nicht mitgetheilt worden.

295. 1465 Juni 7. In episcopali palacio apud ecclesiam Laventinam.

Legat Bischof Rudolf sendet dem Breslauer Rath mehrere zu Gunsten Breslaus erlassene Schutzbriefe.

Spectabiles providi viri etc. Litteras vestras cum latore presentis accepimus, qui antequam ad nos venisset, concluseramus remittere dominum Nicolaum quem ad nos misistis, ut de mora et intencione nostris super agendis per nos devociones vestras informaret et litteras inhibitorias penales ad principes et communitates vobis vicinos et vicinas secum deferret, qui hesterno die a nobis recessit reversurus ad vos per viam quam venit deferens secum XIII litteras impendi sigillo nostro sigillatas ad principes et communitates sub forma littere parchmenti<sup>1)</sup> non sigillate presentibus alligate mutatis titulis ad principes et alias communitates. Latori vero presentis alias dedimus litteras missivas octo, quinque ad principes et tres ad communitates juxta cedulam nobis missam et prout desiderastis, copiam autem forme dietarum litterarum in papiro similiter mittimus presentibus inclusam. Hujusmodi missivas in primis mittere poteritis, que si non prosint, quod non speramus, veniente domino Nicolao alias apertas mittetis vel insinuari facietis, quas si, quod absit, curare non vellent, venientibus nobis ulteriores

n. 290.

n. 281.

<sup>1)</sup> In der Handschrift steht parchemi.

Scriptores rerum Silesiacarum. IX.

10. Juni. processus prout expedire videbitur adversus eos fulminabimus, die autem Lune proxime futura abhinc discedemus visitaturi principes, illos duntaxat qui dominia sua circum circa regnum habent, et post hec ad civitatem vestram angelo bono duce veniemus parati vobis cum pro fide certare, eciam si opus erit usque ad mortem, quam utinam n. 288. 290. digni essemus pro nomine Jhesu et ejus orthodoxa fide pati. Agimus gracias de cambio quod disposuistis super pecuniis Nuremberge nobis assignandis. Scripsimus eciam ad cautelam thesaurario s<sup>mi</sup> domini n., quod pecunias pro ulteriori provisione nobis mittat, quod si faciet, illas quas nunc nobis mittitis pro futuris necessitatibus vobis restituemus sive apud vos deponemus. Dum essemus in concipiendo hanc litteram supervenit nuncius vester cum una manu de Roma qui detulit nobis aliquas litteras concernentes factum domini Hinkonis baronis de Vettaw et inter ceteras unum breve bullatum ad prelatos et barones regni Bohemie Slesie et Moravie communionem et ritum sedis apostolice habentibus, eujus copiam s<sup>mus</sup> dominus n. nobis misit, quam serenissimo domino imperatori et hincinde mittemus; eciam devocationibus vestris misissemus, sed retulit nobis nuncius se unam apud se habere quam magister Fabianus eisdem vestris devocationibus transmittit, quas omnipotens deus ad vota dirigat costodiat et conservet. Datum in episcopali palacio apud ecclesiam Laventinam feria sexta quatuor temporum post festum penthecostes, a<sup>o</sup>. d. 1465.

Esch. fol. 276 a--b. Die in der ersten Hälfte erwähnten Schutzbriebe für Breslau dahinter, gedr. bei Palacky, Urk. Beitr. n. 331 u. 332. Daselbst n. 330 auch die päpstliche Bulle an die böhmischen Stände.

---

## 296.

1465 Juni 21. Rom.

Fabian Hanko meldet dem Breslauer Rath, dass der Bischof von Lavant zu seiner Reise an die fürstlichen Höfe von der apostolischen Kammer einen Wechsel in Nürnberg bei Paumgartner auf 400 rheinische Gulden zu erheben habe, dabei ihm der Papst schreibe, dass er ihm schleunigst antworten solle, was für Mittel ihm die Fürsten an die Hand gegeben, wie man den Ketzer drängen möge. Dazu wolle seine Heiligkeit keinen Fleiss sparen und sei ganz entschlossen gegen den Ketzer zu verfahren. Rom am Freitag vor Johann.

Excerpt bei Klose III, p. 331. Ueber die Geldangelegenheiten vgl. n. 288. 290. 295. 298. 301.

---

## 297.

1465 Juli 4. Rome.

Fabian Hanko berichtet an den Breslauer Rath über das am 28. Juni gehaltene öffentliche Consistorium, in Gegenwart aller Cardinäle, Bischöfe, Prälaten, der Botschafter des Königs von Arragonien und Cypern, des Herzogs von Savoyen und Anderer, in der Paul II. den König Georg als Ketzer, Eidbrüchigen und Kirchenfeind erklärte

und den drei Cardinälen Bessarion, Carvajal und Berardo Erolo die bereits vor einem Jahre decretierte Citation auszufertigen befahl. Ingleichen hielt der Advocat der römischen Kirche eine lange Rede, welche der im verflossenen Jahre gehaltenen (n. 253 A) gleichkam. Ferner befahl der Papst dem Cardinal Carvajal, wie auch seinem obersten Sekretair, Bullen an den Kaiser, an alle Kurfürsten, an die Könige von Polen, Ungarn, Dänemark zu senden und ihnen anzudeuten, dass sie Georg als einen Meineidigen, Ungehorsamen und Ketzer meiden und kein Geschäft, Verbindung oder Handel mit ihm haben sollten. Zuerst wurde eine Bulle an die Breslauer und eine an die Prälaten und Herren in Böhmen, ferner eine an den Legaten Bischof Rudolf von Lavant ausgefertigt, worin ihm ganze Vollmacht ertheilt wird, dem Kaiser und allen christlichen Fürsten zu gebieten, den Breslauern und allen vom Ketzer Bedrängten Hülfe und Beistand zu leisten, den Kreuzzug gegen ihn und seine Helfer auf eben die Art als wider die ungläubigen Heiden und Türken zu predigen. Rom am Donnerstage nach Mariä Heimsuchung 1465.

Excerpt bei Klose III, p. 331—332. Von den hier erwähnten Bullen steht die an die katholischen Stände Böhmens schon VII, 108—109, wohl nach einem von Hanko übersandtem Concept, ferner eine Vollmacht an den Legaten Rudolf, gegen den König mit den geistlichen Censuren einzuschreiten, erst vom 6. August datiert, bei Palacky Urk. Beitr. n. 336. Die andern finden sich theils bei Eschenloer, theils bei Ezechiel, vgl. n. 299. 300.

298.

1465 Juli 6.

**Der Breslauer Rath an den Legaten Bischof Rudolf. Antwort auf n. 295. Neue Klagen und Bitten um energischere Maassregeln.**

R<sup>me</sup> p. etc. Rediit venerabilis dominus Nicolaus capellanus noster afferens litteras appendentibus sigillis paternitatis v. sigillatas, ex quibus intelligimus paternam sollicitudinem quam pro nobis gerit v. rev<sup>ma</sup> paternitas, cui humiles et devotas referimus graciarum acciones, et deus erit retributor. Misimus clausas litteras v. rev<sup>me</sup> paternitatis ad principes et civitates Slesie nobis missas, quibus modica adhibetur advertencia et reverencia, sicuti tamen deceret. Conquerimur deo et omni celesti milicie, quod tanta sufferencia et prorogacio committitur a s. sede apostolica indulgente heretico et tollerante sevissimum suum inimicum et persecutorem fidei catholice, a quo tanta mala jam illata sunt, ut christiani principes provincie et civitates nichil curant censuram et apostolica mandata, qui omnes in hoc regno ad exercitum et bellandum contra nos se preparant, ad vallandum hanc civitatem et destruendum invicem promiserunt. Ipsi apertas litteras v. rev<sup>me</sup> paternitatis mittimus, det deus omnipotens ob meritum sue passionis, ut eisdem litteris et inhibicionibus detur advertencia et obedientia. Hic leo mandatum fecit omnibus suis subditis qui obedientiam spoenderunt et proclamationes exercituum fecerunt ad circumdandum nos ita, ut certissima sit v. rev<sup>ma</sup> paternitas, quod in brevi hec civitas Wratislavia inimicis truculentissimis circumvallata videbitur et angustiata ob fidem

sanctam sencietur. Nil prosunt scripta nec vestra nec apostolica, nisi deponeretur here-  
ticus et prophanaretur juxta canones, postea fideles christiani ab homagio prestito  
revocari possent, alias non. Ymmo si mille bulle mitterentur, capite nequiciosissimo  
non prophanato maledicto et destituto in vanum laborant qui edificare debent et tenere  
civitatem dei. Ideo, rev<sup>me</sup> p., corde desideramus visere paternitatem v. rev<sup>mam</sup> cuius pre-  
sencia nobis necessaria est quantocicu tanto melius, attamen in omnem eventum per  
auxilium dei stabimus intrepidi sub obediencia vicarii Jhesu Christi et honorem  
nostrum defendemus usque in mortem que optabilius nobis est quam subesse heretico.  
Nec timeat v. rev<sup>ma</sup> paternitas ad nos venire, erit enim secura apud nos insultantibus  
eciam omnibus hereticis; omnis enim spes nostra in deo cuius causam gerimus, ipse  
defendet protegetque nos cuius signa et miracula vidimus. Ceterum v. rev<sup>me</sup> paternitati  
querulose dicimus, quod ex suggestione heretici et machinacionibus suis quoddam cas-  
vgl. n. 53. trum Cunczenstadt dictum per nos superioribus diebus tempore triennii pacis demolitum  
reinastellatur reedificatur et munitur in destrucionem nostram, in metis Slesie et  
Polonie situatum, ex quo nobis aditum et necessariorum advectionem prohibere nititur.  
Angustie nobis undique sunt, amici et vicini nostri persecuntur nos, sed tu omnipotens  
deus nos non derelinques. V. rev<sup>ma</sup> paternitas inveniet Nuremberge apud Seifridum  
n. 301. Molfelt deputatam pecuniam, qui se v. rev<sup>me</sup> paternitati bene presentabit. Petimus v.  
rev<sup>mam</sup> paternitatem, humilime dignetur dolores nostros et exilium in quo sumus cordi  
habere et compati nobis crucisque nostre comportitor esse, consulere et providere ac  
pro nobis coram sancta sede apostolica gracie cooperari, ut hec civitas catholica  
defendatur et in manus hereticorum ne perveniat, ex ejus enim casu eterna ruinositas  
succedet pluribus christianis terris absque dubio; omnia hec v. rev<sup>ma</sup> paternitas intellige-  
t et senciet. cum hue venerit, quam eciam ad nos ipse gloriosus deus conducat felici-  
cissime in consolacionem et defensionem nostram. Datum Sabbato post Visitacionis  
Marie, a<sup>o</sup> etc. LXV. —

Esch. fol. 277<sup>a-b</sup>. Eine Insinuation der erwähnten Schreiben des Legaten durch Balthasar von  
Piscia an Herzog Konrad den Weissen vom selben Datum bei Palacky Urk. Beitr. n. 334, und gleich-  
lautend an die Sechsstädte in der Kanzlei des K. Georg n. 117.

In einer an die Breslauer und die übrigen Katholiken des böhmischen Reiches, die  
unter der Verfolgung der Hussiten leiden, gerichteten ausführlicheren Bulle tröstet sie  
Papst Paul II. für die ihnen auferlegten Leiden mit dem Hinweis, dass Gott die Gläu-  
bigen durch das Feuer der Trübsal bewähre und die Bewährten um so herrlicher be-  
lohne; er stellt ihnen als Vorbild das Schicksal des heiligen Athanasius hin. Zuletzt  
nimmt er die Breslauer (vos atque adherentes vobis fideles atque catholicos) in seinen  
und des apostolischen Stuhles Schutz mit Bestätigung des von seinem Vorgänger erlas-  
senen Schutzbrieves (n. 148). D. Rome apud s. Petrum a<sup>o</sup> inc. dom. 1465, quinto Idus  
Julii, pont. n. a<sup>o</sup> primo.

300.

1465 Juli.

Papst Paul II. an den Kaiser. Kündigt den Process gegen den König Georg an, mahnt ihn von allem Verkehr mit demselben ab und fordert ihn zur Unterstützung der Beschlüsse des heiligen Stuhles auf.

Carissime in Christo fili! Salutem etc. Ob tue dignitatis eminenciam non ab re judicavit apostolica sedes processus suspendere quos contra Georgium inceperat qui se dicit Bohemie regem. Sperabas tua diligencia tuoque studio in viam salutis errantem revocare. Nulli enim hec sedes condescendere debuit quantum tue celsitudini cuius est studium subditos ad debitum finem dirigere et errantes ad veritatem constringere. Credidit illi bonitas tua cuius spiritus mendaciis studet et fraudibus. Et sicut tuam celsitudinem ille decepit, ita et illusa est apostolica sedes et fides catholica detrimentum passa in his temporibus que tua serenitas indulgeri obtinuit. Ille forcior effectus catholicos impugnavit, et qui beneficio tue majestatis longi temporis dilacionem habuit neque tuis precibus nec apostolicis mandatis a catholicorum persecuzione vel ad diem desistere noluit. Cum igitur suspensiones hactenus facte in magnam fidei perniciem tendant et, si diuturniores fuerint, dampna majora allatura sint, nos qui divine vocis imperio constringimur omnem inobedientiam vindicare, extirpare hereses et catholicos defendere, statuimus in hac re amplius non expectare. Itaque requisiti pridem a dilecto filio....<sup>1)</sup> fisci nostri et catholice fidei procuratore, causam super heresi aliisque criminibus vgl. n. 237. contra dictum Georgium terminandum commisimus venerabilibus fratribus nostris Bessarioni Tusculano et Johanni Portuensi episcopis ac dilecto filio Berardo tit. s. Sabine presbytero cardinalibus. Quod tue celsitudini veluti precipuo advocato ecclesie et fidei defensori notum facere voluimus, monentes eam et per juramenta requirentes que deo et apostolice sedi prestitit, cum imperialis infulas susciperet, ut que sui officii sunt contra ipsum Georgium prompte et intrepide studeat exercere, processibus et sententiis apostolicis faveat et assistat, illosque per sacrum imperium exequi mandet et faciat, a pacatis insuper atque tractatibus et obligacionibus quibuscumque cum illo hactenus initis, quibus<sup>2)</sup> illi ad opem auxiliumque prestandum quomodolibet tenetur, que nos eciam auctoritate apostolica et ex plenitudine pretactis dissolvimus, omnino recedat et a similibus de cetero faciendis, ab omni denique illius commercio penitus abstineat. Nec ab hiis tuam serenitatem retrahat potencia quam Georgius impresenciarum habere cernitur; nam si tua celsitudo a commercio et confederacione illius destiterit, putridum membrum et ab ecclesia precisum facile perdet et Satane synagoge principem destruet. Te enim respicient ceteri principes christiani, teque ab illius consorcio recedente cuncti recedent illumque derelinquent. Aderit tibi deus qui causam fidei non deseret, sed fidem tuam sanctumque propositum adjuvabit, contra que Georgius prevalere non poterit propheta dicente: Quia non derelinquet dominus virgam peccatorum super sortem justorum. Heretici enim et scismatici, ut scriptura testatur, inter inicia fervent atque emergunt, sed

<sup>1)</sup> Der Name fehlt. <sup>2)</sup> Handschrift que.

eadem qua emergunt facilitate decidunt, elevantur ad modicum et minime subsistunt, quia vera fidei soliditate deficiunt, et veluti fumus in celum elatus tumescendo disperant. Crevit hactenus peccatis nostris Georgius, sed contra eum veritas prevalebit, et ille veluti stipula aurarum flatu in altum rapta concito casu ad invia revocabitur et corruet. Nam preter id quod hereticus atque relapsus est nullum in regno fundamen tum habet, nullam juris firmitatem qui nec electus fuit ut debuit neque ab hiis coronatus qui jus coronandi habuerunt. Magno igitur et forti animo apostolicos processus exequatur tua sublimitas, pro quo ultra premium quod a deo expectare debet magnam apud homines gloriam, magnam et memoriale nomen consequetur et apostolicam sedem in his que honorem suum concernunt et commodum sibi favorabilem reddet et promovere inveniet. Datum etc.

Esch. fol. 280<sup>a-b</sup>. Da das Datum fehlt, so beruht der Text wahrscheinlich auf einem von Hanko gesandten Concept. Kürzer, aber in demselben Sinne und zum grossen Theil mit denselben Worten an Ludwig von Baiern, Albrecht von Brandenburg, Wilhelm von Sachsen, die sechs Kurfürsten und an die Könige von Ungarn, Polen und Dänemark. Anfang: Suspendit hactenus apostolica sedes. Dass diese Schreiben nicht alle gleichzeitig datiert sind, ergibt sich aus der Anmerkung Palacky's in s. böhm. Gesch. IV. 2. 356. Darnach war das an den König Matthias vom 23. Juli datiert (so auch bei Ezechiel l. c. III. n. 45.) und das an Ludwig von Baiern vom 29. Juli. Am 25. Juli meldet Hanko, er habe einige Breven nach Hause geschickt, darunter eins an den König von Polen, worin der Papst ihn von aller Gemeinschaft mit dem Ketzer abmahne. Angef. bei Klose III. 396. Ein besonderes Breve fol. 284<sup>a-b</sup>, sicherlich auch aus dem Juli oder Anfang August, mahnt den Markgrafen Albrecht von Brandenburg bald mit Schmeicheleien bald mit Vorwürfen von der beabsichtigten Verlobung seiner Tochter Ursula mit des Königs Sohn Heinrich ab, indem es zugleich alle in dieser Richtung eingegangenen Verpflichtungen für ungültig erklärt. — Da der Markgraf indess antwortete, dass er nicht mit Ehren zurückkönnte, und den Papst um seine Genehmigung bat, erklärte dieser im December ziemlich heftig sich dagegen und befahl ihm (sub anathematis interminacione et obtestacione divini judicii precipimus) von seinem Plane abzustehen. Esch. fol. 296<sup>a-b</sup>, datum ut supra hinter der Bulle vom 8. December; dagegen hat die „Kanzlei des Königs Georg“ (Neues Lausitzisches Magazin Band 47) n. 35 eine böhmische Uebersetzung mit dem vollständigen Datum vom 21. December (12. Kal. Jan.). Riedel im Codex dipl. Brand. II, V. p. 85 druckt dieses Schreiben aus einem Leipziger Copialbuche mit dem offenbar falschen Datum VIII Idus Augusti ab. Es ist zu vermuten, dass dieses Datum zum ersten Schreiben gehört und durch ein Versehen des Schreibers jenes Copialbuches hinter das zweite gesetzt worden ist. Die dazwischen liegende Antwort des Markgrafen ist, soviel ich sehe, nicht vorhanden.

Legat Bischof Rudolf quittiert über 300 Gulden, die er von dem in Breslau gesammelten Ablassgelde durch Seyfrid Mülfel in Nürnberg empfangen habe. D. Nurenberge ipsa die dive Marie Magdalene a<sup>o</sup>. etc. LXV.

302.

1465 Juli 24. Nürnberg.

Legat Bischof Rudolf schreibt an den Breslauer Rath, dass er schon bei vielen Fürsten u. s. w. gewesen sei aber noch Nichts ausgerichtet habe, denn wegen der zwischen ihnen herrschenden Zwiste fürchte jeder, wenn er wider den Ketzer etwas anfange, dass dann sein Gegner sich mit demselben verbinde. Einige Hoffnung habe er noch auf den Pfalzgrafen, zu dem er sich noch begeben werde. So lange der Papst nicht sicher sei, dass sich Jemand zur Ausführung der Processe gegen den König finde, könne er Nichts thun, er müsse sich ja dem Gespötte der Leute aussetzen. Nach Besprechung mit dem Pfalzgrafen wolle er noch einmal nach Rom schreiben. Er äussert Furcht auf seiner Reise nach Breslau in die Hände des Königs zu fallen, der auf ihn sehr erbittert sei, da er seinen Brief aufgefangen, in dem er dem Papst die Einleitung des Processes gegen den König angerathen habe. Er fürchtet sich durch das Gebiet von Gross-Glogau zu reisen. Auch über Frankfurt die Oder aufwärts sei der Weg wegen Konstadt (vgl. n. 298) zu unsicher für ihn. Der Rath möchte über den zu nehmenden Weg noch genauer schreiben, demselben müsse doch auch daran liegen, dass er, der Legat, nicht den Feinden in die Hände falle. Nürnberg an St. Jacobs Abend, 1465.

Excerpt bei Klose III, 340 – 342. Das Original jetzt verloren, bei Eschenloer keine Abschrift.

303.

1465 August 2. Rome.

König Georg wird durch die Cardinale Bessarion, Carvajal und Erolo binnen 180 Tagen nach Rom citiert.

Universis et singulis christifidelibus presentem litteram inspecturis et presertim Germanice nacionis Bassarion Tusculanus et Johannes Portuensis episcopi ac Berardus tit. s. Sabine presbyter, miseratione divina s. R. ecclesie cardinales judices et commissarii ad infrascripta a s<sup>mo</sup> d. n. papa specialiter deputati, salutem in domino sempiternam et prescritibus fidem indubiam adhibere. Noveritis quod nuper s<sup>mus</sup> in Chr. p. et d. n., dominus Paulus divina providencia papa secundus, quandam commissionem sive supplicationem cedula nobis per duos ex suis cursoribus presentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reverencia receperimus hujusmodi sub tenore:

Beatissime pater! Dudum felicis recordacionis Pio pape II, v. s<sup>is</sup> predecessori tunc Petrioli Senensis diocesis constituto per devotum s<sup>is</sup> v. fisci ejusdem v. s<sup>is</sup> et catholice fidei procuratorem generalem cum querela exposito: Quod licet communio etc. Hier folgt nun mit der Veränderung, dass der Papst in der dritten Person und das Ganze im Perfectum erscheint, aber sonst wörtlich der Text der früheren Citacion in n. 253C, bis zu seinem Ende, den also der Glaubensprocurator zum ersten Theil seines jetzigen Antrags gemacht hat. Er fährt darauf in demselben fort: Cum autem, p. b<sup>me</sup>, propter

supervenientem dicti predecessoris obitum citacio hujusmodi contra dictum Georgium execucioni debite demandata non fuerit, et licet deinde beate v. ad apicem summi apostolatus feliciter assumpta, cum pro pia voluntate sua meliora de ipso Georgio exspectans et sperans, quod ille apostolice sedis tam longam pacienciam et in se benignitatem recognoscens aliquando a suis erroribus resipisceret et ad unitatem catholice ecclesie rediret, tum eciam christianissimi principis d. Friderici Romanorum imperatoris semper augusti precibus mota ac spe concepta quod industria et religione ejusdem domini imperatoris hereticus ille duceretur ad fidem, processus dicti predecessoris continuare ac citacionem predictam exequi ac in hujusmodi causa ulterius procedere distulerit hactenus atque cessaverit: ipse tamen Georgius a dictis heresibus suis et erroribus minime est conversus, quinymmo in illis ac perfidia sua perseverans ac in profundum malorum descendens, quanto benignius hactenus secum actum est, tanto magis in superbiam ac mandatorum dei et sancti v. contemptum erigitur. Nequiora cottidie contra fidem catholicam meditatur consilia ac deteriora contra catholicos machinatur, viros catholicos totis viris opprimere et persecui non cessavit neque cessat, quin eciam nuper auctoritate v. sancti monitus et ab imperiali majestate rogatus, ut ab obsidione castri cuiusdam catholicici baronis discederet, nec ad diem quidem ab hujusmodi obsidione destitut, hereticos preterea ubique quantum potest exaltat et foveat ac illos catholicis civitatibus et locis preficit ac rectores et officiales constituit ac pestiferum virus suum per vicinas ubique provincias spargit atque disseminat. Quapropter cum sublata jam omnis reduccionis spe ipse Georgius se pertinacem et incorrigibilem ostendat indignumque valde existat et periculosem nobilis et potentis regni incolas christifideles qui hactenus catholicos reges habuere sub heretico vivere, qui subditos tales esse vult qualis ipse in primis est, et premissa absque gravissima divine majestatis offensa ac gravi catholice fidei et animarum periculo ac magno catholicorum parcium illarum discrimine amplius tollerari non possint, super quibus publica contra ipsum Georgium laborat infamia — suntque ea omnia et singula propter que ipse Georgius se regno ac omni honore et dignitate reddidit indignum adeo notoria, ut nulla possint tergiversacione celari: supplicat sancti v. dictus procurator, quatenus premissis attentis processum per dictum predecessorem contra ipsum Georgium incepturn resumere et continuare ac citacionem per eum, ut premittitur, decretam exequi mandare ac ulterius super premissis omnibus et singulis, prout de jure fuerit faciendum, procedere et oportune providere apostolica auctoritate dignetur, aut si sancti v. magis placuerit, causam et causas, quam et quas ipse procurator ex officio suo contra ipsum Georgium super heresum, relapsus in illas, perjurii blasphemie sacrilegii aliisque criminibus et excessibus et omnibus prenarratis habet et movet ac habere et movere vult et intendit, cum omnibus et singulis suis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis, aliquibus ex revermis patribus dominis dicte s. R. ecclesie cardinalibus, de quibus eidem sancti v. videbitur, committere audiendas cognoscendas decidendas et fine debito terminandas, cum potestate ipsum Georgium in Romana curia et extra eam eciam per edictum publicum, cum, ut premittitur, tutus ad eum non pateat accessus, eciam ad comparandum personaliter et in propria persona tociens quo ciens opus fuerit citandi et

monendi sibique et aliis quibuscumque, cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel condicionis fuerint, eciam sub censuris ecclesiasticis et penis eciam pecuniariis et aliis formidabilibus, de quibus illis videbitur, inhibendi, ipsumque Georgium heresum relapsus in illas perjurii blasphemie sacrilegii crimina incidisse et incurrisse ac propterea regno Bohemie marchionatu Moravie Luczemburgensi et Slesie ducatibus ac eciam marchionatu Lusacie omnibusque aliis dominiis privatum ac omni honore et dignitate exutum fuisse ac velut hereticum relapsum perjurum blasphemum sacrilegum et infamem juxta sacrorum canonum dispositionem puniendum ac ut talem ab omnibus christifidelibus habendum et arcuus evitandum fore decernendi ac in premissis omnibus et singulis quascunque penas sentencias et censuras ecclesiasticas contra ipsum Georgium et alios quoscunque, cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel condicionis fuerint, tociens quociens opus fuerit, aggravandi reaggravandi interdictum ecclesiasticum ponendi et auxilium bracchii secularis invocandi aliaque omnia et singula faciendi et exequendi, que in premissis necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna consuetudine et ordine apostolicis stilo palacii; quodque causa seu cause hujusmodi ad dictam curiam legitime devote aut in ea de juris necessitate tractande seu finiente forsan non existant ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

In fine vero dicte commissionis sive supplicacionis papiri cedula scripta erant de alterius manus littera superiori littere ipsius cedula penitus et omnimodo dissimili et diversa hec videlicet verba: De mandato domini nostri pape audiant rev<sup>mi</sup> patres domini cardinales Nicenus s. Angeli et Spoletanus, citent eciam personaliter et per edictum constituto de non tuto accessu, inhibeant quoque sub censuris et penis, declarant et procedant ut petitur. A dorso vero ejusdem preinserte commissionis alia eorum verborum que s<sup>mis</sup> d. n. dominus Paulus papa II in consistorio publico protulit reperiebatur signatura, responsionis videlicet: Placet et committimus cardinalibus Niceno s. Angeli et Spoletano.

Post cuius quidem commissionis sive supplicacionis cedula presentacionem et receptionem nobis et per nos, ut premittitur, factam, productam coram nobis per venerabilem nobis in Christo dilectum dominum Anthonium de Eugubio, fisci prefati s<sup>mi</sup> d. n. et catholice fidei procuratorem principalem in ipsa commissione principaliter nominatum, nonnullis testibus fidedignis ad informandum animum nostrum de et super quibusdam in ipsa commissione contentis, videlicet non tuto accessu ad quandam Georgium Pogiebrat qui se nominat Bohemie regem, ex adverso principalem in eadem commissione nominatum pro presencium execuzione facienda, ipsisque testibus per nos rite receptis et admissis ac in forma juris juratis et diligenter examinatis eorumque dictis et depositionibus in scriptis fideliter redactis et conscriptis: subsequenter fuimus per ipsum Anthonium fisci et fidei procuratorem coram nobis personaliter constitutum debita cum instancia requisiti, quatenus sibi citacionem legitimam et personalem per edictum publicum in Romana curia in locis constitutis ac extra eam et in partibus in locis circumvicinis legendam affigendam publicandam et exequendam contra et adversus prefatum Georgium Pogiebrat assertum regem, juxta et secundum ipsius commissionis vim formam

et tenorem in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Bessarion et Johannes episcopi et Berardus presbiter cardinales, judices et commissarii antedicti, attendentes requisitionem hujusmodi fore justam et consonam rationi volentesque in hujusmodi causa ac inter partes predictas rite et legitime procedere ac partibus ipsis dante domino justiam ministrare, et quia ex dictis et depositionibus testium hujusmodi invenimus ipsi Anthonio procuratori vel alicui alteri ejus nomine ad prefatum Girsicum Pogiebrat ex adverso principalem ad citandum eum in propria persona ejusque domicilium sive hospicium tutum accessum non patere: idecirco auctoritate apostolica nobis commissa et qua fungimur in hac parte per hoc presens publicum edictum in cancellaria apostolica, cum propter vacaciones sive ferias generales nuper de mandato dicti domini nostri pape indictas in audiencia publica litterarum contradictarum legi non possit, legendum ac palacii apostolici et basilice principis apostolorum de urbe neenon in partibus in Salczeburgensi Ratisponensi Bambergensi et Misnensi metropolitane et cathedralium ecclesiarum valvis seu portis ceterisque civitatibus opidis seu locis quibuscunque et in quibus expedire videbitur affigendum et publicandum, prefatum Georgium Pogiebrad ex adverso principalem tenore presencium peremptorie citamus ac citari volumus et mandamus, quatenus centesima octuagesima die post lecturam in dicta cancellaria ac affixionem et publicacionem in valvis et portis predictis factas immediate sequenti, si dies ipsa juridica fuerit, et nos vel alii forsan loco nostri surrogandi judices et commissarii ad jura reddendum pro tribunali sederimus vel sederint, alioquin proxima die juridica extunc immediate sequenti, qua nos vel surrogandos judices et commissarios prefatos Rome vel alibi, ubi tunc forsan prefatus dominus noster papa cum sua Romana curia residebit, ad jura reddendum et causas audiendum pro tribunali sedere contigerit, compareat personaliter et in propria persona legitime coram nobis vel surrogandis judicibus et commissariis prefatis in domibus residenciarum nostrarum vel surrogandorum judicium et commissariorum eorundem hora vesperarum et audizione causarum consueta, cum omnibus et singulis actis actitatis litteris scripturis juribus privilegiis et munimentis quibuscunque causam seu causas hujusmodi tangentibus ac eam vel eas quomodo libet concernentibus ac quibus ipse Georgius in hujusmodi causa uti voluerit, prefato Anthonio fidei procuratori de et super heresum relapsus in illas perjurii sacrilegii blasphemie aliisque criminibus ac omnibus et singulis in preinserta commissione contentis de justicia responsurus, seque heresum relapsus in illas perjurii sacrilegii blasphemie ac alia crimina hujusmodi incidisse et incurrisse ac propterea regno Bohemie marchionatu Moravie Luczemburgensi et Slesie ducatibus ac eciam marchionatu Lusacie omnibusque et singulis aliis dominiis privatum ac omni dignitate et honore exutum fuisse ac velut hereticum relapsum perjurum sacrilegum blasphemum et infamem juxta sacrorum canonem dispositionem puniendum ac ut talem ab omnibus et singulis christifidelibus habendum et arcus evitandum decerni et declarari, et alias in causa et causis hujusmodi cum omnibus et singulis suis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis ad omnes et singulos actus et terminos gradatim et successive et usque ad diffinitivam sentenciam inclusive debitum et consuetis terminis et dilacionibus precedentibus,

ut est moris procedi, visurus et auditurus aliasque dicturns facturus allegaturus et receperurus quod justum fuerit et ordo dictaverit rationis, certificantes nichilominus eundem Georgium, quod, sive in dicto citacionis termino, ut premissum est, personaliter compare curaverit sive non, nos nichilominus vel surrogandi judices et commissarii ad premissa omnia et singula ac alias, prout justum fuerit, procedemus seu procedent ipsius citati contumacia seu absencia in aliquo non obstante. Loca vero cancellarie apostolice ac valvarum seu portarum predictarum tamquam publica et ydonea ad hujusmodi nostram citacionem exequendam ad instar edictorum publicorum, que olim in albo pretorio<sup>1)</sup> scribebantur, duximus eligenda, que presentem nostram citacionem suo quasi sonoro preconio et patulo judicio publicabunt, in quibus hujusmodi nostram citacionem modo et forma premissis decernimus exequendum, ne prenominatus Georgius ex adverso principalis de premissis ignoranciam pretendere valeat seu in posterum quomodolibet allegare, cum non sit verisimile apud eum remanere incogitum quod omnibus tam patenter et notorie extitit publicatum, volentes nichilominus et dicta auctoritate decernentes, quod citacio nostra hujusmodi modo et forma premissis executa eundem Georgium perinde artet et constringat, ac si in ejus persona propria citatus fuisset. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum instrumentum hujusmodi nostram citacionem in se continens exinde fieri et per notarios publicos secretariosque nostros et hujusmodi cause coram nobis scribas infrascriptos subscribi et publicari mandamus nostrorumque cardinalatum sigillorum majorum jussimus et fecimus appensionibus communiri. Datum et actum Rome in palacio apostolico sub anno a nat. dom. MCCCCLXV<sup>to</sup>, indicione XIII<sup>a</sup>, die vero Veneris secunda mensis Angusti, pontificatus prefati s<sup>mi</sup> d. n. Pauli pape II anno primo, presentibus ibidem rev<sup>mo</sup> in Chr. p. et d., domino Alano episcopo Penestrino, s. R. ecclesie cardinali Avignonensi vulgariter nuncupato<sup>2)</sup>, ac venerabili et egregio viro domino Brichtio Bobille, decano ecclesie Remensis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Esch. fol. 282<sup>a-b</sup>. Die ganze Bulle steht auf einem einzigen Blatte, das mit entsetzlich feiner und enger Schrift beschrieben und in das Manuscript eingehetzt ist. Das Blatt trägt noch die Spuren früherer Zusammenfaltung und ist wahrscheinlich von Hanko aus Rom gesandt worden, wie es denn auch den Schriftzügen nach von Hankos Hand geschrieben zu sein scheint. Er meldete am 11. August aus Rom, dass er die Citations- und Kreuzbulle nächstens dem Bischof von Lavant zuschicken werde. Mehr sagt leider das kurze Excerpt bei Klose III, 342 nicht. — Die hier als Kreuzbulle bezeichnete Vollmacht steht fol. 284<sup>b</sup>—286<sup>a</sup> und gedruckt Urk. Beitr. n. 336. Eschenloer bemerkte von ihr: Rev<sup>mas</sup> d. Lavantinus copias hujus bulle sue facultatis multas per me fieri fecit et ad diversa loca misit, ultra XX<sup>ti</sup> copias. — Ueber die Verlängerung der dem König gestellten Frist vgl. n. 328.

<sup>1)</sup> Album praetorium die Tafel des Prätors, auf der das jährliche Edict und sonstige Verordnungen standen.

<sup>2)</sup> Alain de Taillebourg-Coetivy, unter Pius II. Cardinalpriester v. S. Prassede, gemeinhin nach seinem Bisthum Cardinal von Avignon genannt. Voigt III, 504. Der Inhaber des Bistums Palestrina war damals Johannes, vgl. n. 253 C.

304.

1465 August 26. Maguncie.

Legat Bischof Rudolf sendet nach Breslau einen Predigermönch Jacob von Cöln, dem er die Facultas ertheilt: verbum dei seminandi et in ambonibus ecclesiarum eciam sub missarum sollempniis predicandi, confessiones audiendi, omnes et singulos sibi confitentes in omnibus et singulis casibus preterquam in casibus apostolice sedi specialiter reservatis nec non et a vinculis excommunicacionis ob communionem cum hereticis habiti tam contractis in forma juris atque a juramento heretico vel hereticis prestito tamquam temerario absolvendi, vota peregrinacionis preterquam ad terram sanctam s. Jacobum et limina beatorum apostolorum Petri et Pauli ac vota abstinentie in alia pietatis opera commutandi, omnibus et singulis . . . inhibendi, ne hereticis maxime contra fideles et precipue contra civitatem Wratislaviensem et ejus incolas obedient vel assistant, quin ymmo eisdem precipiendi, quatenus ab ejusmodi hereticorum obedientia, si et quando possibile eis fuerit, resiliant et recedant ipsos persequantur et invadant et fidelibus, maxime dictis Wratislaviensibus assistant, consilia et auxilia contra pretendentein se regem Bohemie et alias hereticos prestant, contra facientes puniendi et in loca eorum, si qualitas excessus hoc expecierit, interdictum ecclesiasticum ponendi illudque, si resipiscere velint et resipiscant, tollendi, unum quoque socium comitem itinerary ordinis s. Francisci de observancia de quocunque loco avisato de hoc gwardiano loci, et si illum infirmari vel ab eo discedere contingeret, alium loco sui aut, si quid nobis intimari oporteat, alias et alias, ut nobis scripta deferant, et prout oportunum videbitur, recipiendi et vocandi aliaque faciendi que execucione premissorum quomodolibet necessaria fuerint vel oportuna. Allen geistlichen Behörden wird deshalb die Unterstützung des Mönches anbefohlen, dessen Vollmacht indess erlöschen soll, wenn er Breslau und Schlesien verlässt, auch soll damit den Rechten des Balthasar von Piscia kein Eintrag geschehen. Datum Maguncie die Lune post festum Bartholomei, que erat XXVI mensis Augusti a<sup>o</sup> d. 1465.

Ad mandatum prefati rev<sup>ml</sup> p. d. Laventini Henricus Sweden imperiali auctoritate notarius manu propria scripsit. —

Esch. fol. 283<sup>a-b</sup>. Er bemerkte dazu: Iste frater Jacobus de Colonia advenit sabbato ante Simonis et Jude, predicavit contra errantes in via veritatis et adherentes hereticorum capit. —

305.

1465 October 3. Ex Quinqueecclesiis.

Legat Erzbischof Hieronymus an den Breslauer Rath. Andeutungen, dass von Ungarn aus Etwas zu Gunsten Breslaus gegen den König Georg geschehen werde.

Magnifici viri, amici in Christo carissimi. Diu est quod nec vestras habuimus litteras nec ob cursorum carenciam nostras dedimus vobis. Continuo tamen vos omnes et civitatem illam vestram amore et affeccione, statum quoque et res ac fortunas vestras in corde gerimus, nec deest frequens studium officii nostri rebus vestris, et vere credimus non parum contulisse negociis illis Ungarie que fecerimus hactenus ibidem constituti,

deo id notum est et Fabiano vestro pro parte. Intelleximus quid dominus n. s<sup>mus</sup> in negocio fidei statuerit. Breve super eo sue sanctitatis regie majestati presentavimus, quod libentissime suscepit et respondet, prout per exemplum videbitis quod vobis pro vestra consolacione mittere instituimus. Vadimus cum exercitu adversus hostem fidei, Bossniam et partes ulteriores penetrabimus, et spero, si in his erit fides in quibus esse debet, sedes locabimus in corde et visceribus inimicorum et viam parabimus talem ad negotia fidei christiane tantum gerenda, ut non immerito sperandum sit anno futuro Turcum in exterminium facile posse deduci. Studeo, novit deus, et huic negocio et vestro non minus, utinam tali sollicitudine pontificis lucrari possemus hominem perditum. De domino Laventino nul sencio, si forte ibi est, me plurimum sue dominacioni commendate, dominum doctorem Baldassarum ex corde vestre caritati commendo. Si tales litteras hoc tempore a vobis pontifici maximo et sacro cetui scriberentur pro Cretensi vestro quales alias predecessori scripsistis, que ibi essent pro festo Lucie, facile possetis consequi quod 13. December. optatis. Si enim ferrebunt res vestre, prout videmus, quis vobis optimo (!) esse possit Cretensi qui omnia illa optime novit, si auctoritate et dignitate prevaluerit, non vos latet; amicis intimasse satis sit. Alia non occurunt. Non scribimus domino doctori, hec sufficient, credo tarde erunt, quia per manus Bernhardinorum deferentur. Valete in domino et nos vobis affectissimos amate. Ex Quinqueecclesiis die III Octobris 1465.

Esch. fol. 289<sup>a</sup>. Das im Text erwähnte, bei Eschenloer undatiert folgende Schreiben des Königs Matthias an den Papst datiert vom 2. October und ist öfter gedruckt. Vgl. Palacky Böhm. Gesch. IV. 2. 361, der es fast wörtlich übersetzt. Es ist die Antwort auf das in der Note zu n. 300 erwähnte Schreiben des Papstes vom 23. Juli.

## 306.

1465 October 13. Rome.

Paul II. gibt der Geistlichkeit und dem Volk zu Breslau, so lange ihre Bedrückung durch Georg von Podiebrad, der ihnen alle übrigen Wege verschliesse, dauere et ad apostolice sedis beneplacitum, die Erlaubniss mit Polen und Preussen, obwohl sich dieselben im Banne befänden, Handel zu treiben und Lebensmittel einzukaufen, pro victualibus vestris aliisque necessariis conduceundis. D. Rome apud s. Marcam a<sup>o</sup> inc. dom. 1465, III Idus Octobris, pont. n. a<sup>o</sup> secundo.

Jo. de Cartarinis.

Stadtarchiv CC 12<sup>a</sup>. Or. Perg. Bleibulle. In wörtlicher Wiederholung noch einmal vom 18. Nov. (13 Kal. Decembris), unterzeichnet von Jo. Germanus, auswendig von L. Dathus. Stadtarchiv CC 11<sup>a</sup>. Or. Perg. Bleibulle.

307.

1465 October 21. Prague.

König Georg an den Papst. Antwort auf die Citationsbulle vom 2. August. Weigert sich in Rom zu erscheinen und begehrt die Ansetzung eines Tages an gelegenerem Orte.

S<sup>me</sup> p.! Pridie rumor insonuit, quod fiscalis v. beatitudinis suggestione emulorum nostrorum motus a s<sup>te</sup> v. super perjurio heresi et rebellione nonnullos commissarios contra nos impetraverit et per edictum in urbe Romana citacionem insinuari et procedi sollicitet. Verum cum proprie proprium sit sedi apostolice omnia negocia omnesque causas summa ratione et sano consilio, non precipitanter sed digeste, non severitate sed benivolencia, non rigorose sed mansuetudine et temperancia administrare, et licet aliud non opinemur nec existimemus quam quod rumor predictus falsa pro veris et obliqua pro rectis deferat, minime ambigentes, si s<sup>tas</sup> v. contra nos et incolas nostros commota esset aut causam haberet, prius caritatis studio edocti que sananda et emendanda essent mediocrem locum dantes emendaremus, et s<sup>tas</sup> v. emulorum nostrorum qui in perditionis sue loquendo nobis detrahunt opinionem et existimacionis suspicionem poterit deo favente temporis in medio discutere, qua videlicet intencione, qua fide, qua temeritate, quo vere merito, si pro deo, si pro vana gloria aut pro inimicicia odio vel cupiditate ipsa in nos male presumit: credimus tamen quod ad hec s<sup>tas</sup> v. nec cito, non aspere commovebitur adversus nos, sed in hujusmodi causis, ubi per graves dissensiones scissurasque non hujus aut illius hominis periculum sed multorum strages atque scandalum timeretur et jaceret, aliquid severitati detrahet et majoribus malis sanandis sincera caritate subveniet atque juxta b. Gregorii dictum id disponet per quod erga corrigendos plus ageret benivolencia quam severitas, plus cohortacio quam commocio, plus caritas quam potestas, attento quod, si dominus noster Ihesus Christus statim post trinam negacionem b. Petrum apostolum preceptorem nostrum judicasset, non tantum ex eo fructum sicut fecit accepisset. Et ne suggestio emulorum nostrorum nos apud s<sup>tem</sup> v. de perjurio, de heresi, de rebellione notaret, intelligat s<sup>tas</sup> v. mentem nostram, ut speramus, deo et vobis gratam et acceptabilem, et si os in celum ponimus et quidquam adversus Christum et sanctam matrem ecclesiam Romanam unacum incolis et subditis, quod absit, loquamur, nemo nos scriptis nostris et lingua sic ligatum putet, ut non liceat mutare sentenciam edocti quod in aliquo erraremus. Magne namque sapientie est, ut dicit b. Augustinus, hominem quod male locutus est revocare. Hanc autem, b<sup>me</sup> p., mentem nostram noscentes reddite nobis leticiam salutaris (!) vestri et spiritu principali nos confirmate processusque, si qui emerserint, tollite et dietam indicite competenti in loco et congrue adjacenti, quia provide et considerate jure cautum est, quod severitati parcendum est propter scandalum vitandum, ubi multitudo est in causa et strages timetur, que veresimiliter evenire posset, si gladius in gentem Bohemicam et Moravicam eliminatus extenderetur et corpora atque anime multorum in periculum et laqueum grandem exponerentur, cum tamen honoris et decoris sit sedis apostolice, ut christicolas in spiritu lenitatis instruat magis docendo quam jubendo, magis monendo quam minando, non dure, non aspere agat, sed in omni pacienza et doctrina arguat obsecrat et increpet et sincera

intencione errantes ad rectam fidem blandimentis, non asperitatibus reducere studeat, attendo quod sentencia que misericordiam vetat non solum a fratribus non teneri sed etiam nec audiri debet, quia pocior est misericordia omnibus holocaustomatibus et sacrificiis. Quidquid enim in hoc mundo agimus, illum pocius evadendi aditum petamus in quo nos minus periculi perpessuros esse cernimus. In ipsa enim dieta per s<sup>tem</sup> v. indicenda patule videri et palpari poterit, quin falsa pro veris ad v. s<sup>tem</sup> sunt delata. Ibi si religiosos evertimus et monachos omnes, tunc videbitur, si ecclesiasticis viris temporale rerum dominium interdicimus, si etiam calix domini omnibus indifferenter prebetur et nolentes etiam et inviti ad communionem compelluntur, et cetera plura apparebunt sterilia et veritate orbata. Qua de re humili precum instancia et affectuosissimo studio supplicamus, quatenus s<sup>tas</sup> v. hec scripta nostra in bonam partem accipere, nos quoque excusatos habere et rem istam, uti scribimus, prosequi atque nos et nostros pio favore consolari et litteris reciprocis ex quibus mentem s<sup>ta</sup> v. in his certitudinaliter intelligere valeamus, avisare dignetur, quam deus omnipotens diu servare dignetur incolumem pro felici regimine ecclesie sue sancte. Datum Prage die XXI Octobris (1465).

Esch. fol. 290<sup>a-b</sup>. Es existiert von diesem Schreiben auch eine längere Formel, doch dürfte die vorstehend mitgetheilte Fassung nach Rom gelangt sein, da die Antwort des Papstes vom 12. Januar 1466 (n. 313) sich streng darauf bezieht. Auch lässt schon der Umstand darauf schliessen, dass der Breslauer Rath eine Copie dieser kürzeren Fassung aus Rom erhielt. Ueber die längere Formel und die besonderen Umstände dieses Schreibens und einer Menge anderer dazu gehöriger vgl. die Anmerkung bei Palacky IV. 2. 367, oder Kanzlei des K. Georg n. 17—23. 44. 108—111.

Legat Bischof Rudolf macht allen geistlichen und weltlichen Unterthanen des Königreichs Böhmen und seiner Nebenländer, insbesondere auch dem Bischof von Meissen die ihm vom Papst unter dem 6. August verliehene Vollmacht bekannt, gegen die Anhänger des Königs Georg mit den geistlichen Censuren einzuschreiten und von allen gegen den König eingegangenen Verpflichtungen zu entbinden, und fordert unter Androhung der höchsten Kirchenstrafen zur Befolgung derselben auf.

Nach der sehr umständlichen Adresse gibt er zunächst eine kurze Darlegung des bisherigen Verhältnisses zwischen dem König und der Curie und den Inhalt seiner Vollmacht an (gedr. Urk. Beitr. n. 336) und fährt dann fort: Quocirca vobis omnibus et singulis dominis episcopis abbatibus prelatis et ecclesiasticis personis supradictis et specialiter vobis rev<sup>de</sup> in Christo patri et domino, d. N. episcopo Misnensi, sub cuius diocesi plures de dictis terris et dominiis consistunt, in virtute sancte obediencie et sub suspensionis a divinis quoad episcopos et excommunicacionis quoad reliquos penis et censuris, quas contrafacentes incurant ipso facto, precipimus et mandamus, quatenus, dum et quociens presentes nostre littere vobis presentate fuerint desuperque fueritis requisiiti, illas publice quibuscumque poteritis et precipue in ambonibus aut alias convo-

catis consulibus et populo civitatum communitatum et opidorum similiter et ducibus baronibus nobilibus et ceteris quorum interest insiuuetis omnesque et singulos a quibus cunque juramentis et homagiis dicto Georgio vel suis officialibus prestitis et factis per canonicas et legitimas sancções et presertim <sup>s<sup>mi</sup></sup> d. n. pape fuisse et esse absolutos sive declaratos ad illorum observanciam non teneri, quos et nos tenore presencium ad habun-  
vgl. n. 300 N. dantem cautelam absolvimus, omnesque confederaciones cum eo initas nec non sponsalia cum filiis et filiabus suis errores paternos ymitantibus contracta, eciam si juramento vel penis aliis firmate seu firmata sint, cassamus et irritamus. Denique prefatis dominis ducibus principibus prelatis ac ceteris utriusque sexus hominibus tam ecclesiasticis quam secularibus, cujuscunque dignitatis status gradus vel condicionis existant, sub excommunicacionis, nec non capitulis conventibus consulatibus universitatibus et communitatibus ecclesiarum cathedralium et collegiatarum ac monasteriorum conventuum et domorum religiosorum civitatum opidorum villarum et locorum quorumcunque jam, ut premittitur, ab homagiis et juramentis per nos eidem Georgio vel ejus officialibus prestitis absolutis sub interdicti penis, quas ferimus in his scriptis et quas contravenientes incurrit volvimus ipso facto, precipiatis et mandetis, prout et nos eisdem ac vobis dominis prelatis et ecclesiasticis sub penis antedictis precipimus et mandamus per presentes: Quatenus a confederacione et ab obediencia dicti Georgii suorumque pretensorum officialium advocateum capitaneorum et castellanorum et aliorum per eum super provincias terras castra civitates communitates opida villas quoconque nomine censeantur jam constitutorum aut in futurum constituendorum, maxime ubi dictus Georgius aut sui pretensi officiales advocates capitanei et castellani predicti principes nobiles aut alios quoscunque christifideles sub obediencia s. sedis apostolice constitutos aut aliquem eorum, sive in regno Slesia Moravia Lusacia Superiori vel Inferiori aut alibi habitent, aut eorum terras homines et dominia invadere molestare vel perturbare vellent et conarentur, recedant et se alienent, prout et vos domini prelati et persone ecclesiastice recedatis et vos alienetis, neque eisdem Georgio et suis adherentibus vasallis advocates capitaneis et castellanis in aliquo pareant vel obedient, neque et vos ecclesiastici supradicti pareatis vel obediatis, nec amplius ad se vel ad civitates opida et municiones admittant vel intromittant neque admittatis vel intromittatis, neque eis de juribus redditibus obvencionibus et emolumenis regni et dictarum provinciarum respondeant aut per subditos suos responderi permittant, ymmo ubi et dum opus fuerit, se eis opponant et contradicant, prout vos opponetis et contradicetis, sed s. sedi apostolice et <sup>s<sup>mo</sup></sup> d. n. Paulo prefato obedient et obediatis, quousque dicto inclito regno rex christianus et fidelis et s. sedi apostolice obediens preficiatur, cui ex tunc de dictis juribus redditibus et emolumenis atque honoribus regni respondeant et respondeatis, ac premissum in communi eciam acceptandum et firmandum ad locum per eum quem desuper deputabimus nominandum et eis significandum convenienter et conveniatis taliterque se habeant et habeatis, quod de fidelitate et obediencia sedis apostolice tamquam veri christiani valeant et valeatis merito commendari. Volumus autem quod, si quos in premissis rebelles et contumaces, quod absit, invenietis, si particulares persone sint, excommunicatos, si capitula collegia communitates

opida et universitates ecclesiastico interdicto suppositos et supposita publice nuncietis, quoad usque ad cor reversi a nobis beneficium absolucionis vel relaxacionis meruerint obtinere, certificantes eosdem et eadem, quod adversus eos et ea procedemus ad ulteriora eciam usque ad sacre crucis predicacionem, si et prout qualitas contemptus et rebellionis id exigerit justicia mediante. Si tamen causas aliquas habeant vel habeatis racionabiles, quare non debeamus sic contra eos vel vos procedere, coram nobis Wratislavie die duodecima post execucionem presencium eis et eorum alteri ac vobis factam, si dies ipsa duodecima juridica fuerit, alioquin proxima die juridica ex tunc immedieante sequente compareant hujusmodi causas racionabiles allegaturi et recepturi quod justicia suadebit et ordo dictaverit racionis, quibus ac vobis salvum conductum ad nos veniendi et rece-dendi de scitu et voluntate capitanei et consulum civitatis Wratislaviensis liberum et expeditum juxta morem civitatis damus et concedimus per presentes. Quidquid autem in premissis feceritis aut aliquis vestrum duxerit faciendum, nobis per vestras patentes litteras vestris sigillis sigillatas aut instrumentum publicum harum seriem in se continentates sive continens quantocius significare curetis. Absolucionem vero omnium et singulorum quos in hujusmodi penas incidere contigerit atque relaxacionem interdicti nobis aut sedi apostolice reservamus. Preterea vobis dominis plebanis viceplebanis et verbi dei in parrochiis predictoribus necnon presentatis et admissis per ordinarios in monasteriis mendicantium de observancia omnes et singulos utriusque sexus homines tam ecclesiasticos quam seculares, qui se censuras ecclesiasticas propter obedienciam preteritam et conversacionem cum hereticis incurrisse formidant, recepto tamen prius<sup>1)</sup> ab eisdem jura-mento seu promissione manuali loco juramenti prestiti, quod de cetero jam a talibus se retrahere et abstinere velint impositaque eis pro modo culpe penitentia salutari, absolvendi presencium tenore concedimus facultatem. In quorum omnium fidem et testimoniū premissorum has nostras litteras fieri et per notarium nostrum infrascriptum sub-seribi nostrique sigilli jussimus et fecimus appensione communiri. Datum Wratislavie in domo nostre solite residencie, sub anno a nat. d. 1465, die vero 19 mensis Novembris, pont. s̄m d. n., domini Pauli II. pape anno secundo. —

Esch. fol. 286<sup>a</sup>—287<sup>b</sup>. Er bemerkt als Unterschrift: Legatus hunc processum latinum subscriptum fieri et fulminari mandavit et plures ex eo sumens processus juxta theutonicam formam ad omnes principes terrigenas communitates Slesie Moravie et Lusatiae [misit]. Vgl. Urk. Beitr. n. 339 ff. — Cod. dipl. Saxoniae reg. II, 3. n. 1066 mit falscher Jahreszahl, auch n. 1082.

Der Breslauer Rath dankt dem Papste für den Empfang von n. 299, theilt die am 9. Nov. erfolgte Ankunft des Legaten Rudolf mit, lobt diesen überschwenglich, hofft, dass nun energisch gegen den König werde vorgegangen werden, und gibt dann noch einige Nachrichten über die Lage der Dinge. Intellexit Georgius Podiebrat adventum

<sup>1)</sup> Nach der Handschrift wäre das Wort allerdings premitus oder primitus zu lesen.  
Scriptores rerum Silesiacarum. IX.

n. 307. hujus rev<sup>mi</sup> d. legati et timet, cum eciam difference laudabiles inter eum et fideles regni barones pociores orte sint, que, ut sperandum est, res feliciter conducent in hanc partem. Rev<sup>due</sup> p. et d., dominus Jodocus episcopus Wratislaviensis votive se operaturum spondit, utinam faciat sicut dicit, et res bene succendent. Senciens ista Georgius nunc in Slesiam statuit proficiisci, scribens dueibus et communitatibus Slesie litterarumque copias quas v. s<sup>ti</sup> misisse se jactitat hincinde mittit, quas vidimus quibusque rev<sup>mo</sup> d. legato prefato in agendis rebus obicem nititur statuere et catholicos ne illi pareant diligenter studet avertere. Sperat enim a s<sup>te</sup> v. desiderium suum obtenturum. Attamen, b<sup>me</sup> p., hujusmodi suis scriptis morem gerere o quam periculosem esset! Fuisset quidem longe melius ab inceptis abstinuisse quam iterum dilaciones admittere. Timent fideles domini et communitates ea que prius tempore felicis recordacionis Pii pape II circa processuum suspensionem acta sunt, quibus, ut loquuntur, si statim paruissent, indignacionem et destrucionem incurrisse; sic hodie difficiles erunt ad recedendum ab eo, nisi certificati de perseverancia v. s<sup>ti</sup> in proposito incepto. Vere preter merita sua nimiam clemenciam hic Georgius usque in octavum annum sui occupati regni sensit et tolleratus est a s. sede apostolica pacientissime in non modicam fidelium jacturam. Quare humilime rogamus, quatinus v. s<sup>ta</sup> nolit ab inceptis resilire sed viriliter et intrepide prosequi neque hujusmodi dolosissimis Georgii scriptis fidem adhibere, quin morbum hunc cronicum nulla lenitate curandum ferro et igne rescindere eliminare et extirpare dignetur. Nec advertat v. s<sup>ta</sup> arma Georgii quibus minatur, non enim feriunt sicut quondam deo permittente percusserunt. Speramus namque advenisse tempus in quo misericors deus isti heresi finem daturus sit, disjunctis ab hereticis christianis, qui v. s<sup>ti</sup> obediencie utique non deerunt, arma Georgii et potencia redigentur in favillam. Conservet omnipotens deus v. s<sup>tem</sup> longissimo tempore feliciter et sane victuram rectramque pro ineremento christiane fidei et defensione fidelium ac nostra unica conseruacione et consolacione. Datum die Mercurii XXVI mensis Novembris a<sup>o</sup> etc. 1465.

Esch. fol. 287<sup>b</sup>. Dahinter auch ein ziemlich gleichlautendes Schreiben an den Cardinal Carvajal. In Betreff des Herrenbundes vgl. VII, 109.

**Paul II. an den Breslauer Rath. Ruft den Legaten Rudolf zurück.**

Dilecti filii! Salutem et apostolicam benedictionem. Commiseramus venerabili fratri reverendo episcopo Laventino, ut se personaliter ad vos conferret et in his que defensionem vestram contingunt adersus Georgium qui se gerit pro rege Bohemie apostolice sollicitudinis partes exequeretur. Nunc autem illum pro quibusdam emergentibus negotiis ad nos evocavimus nichil tamen intermissum de his que illi ad protectionem vestram exequenda commiseramus, nam vel illum celeriter ad vos remitteremus aut alterum

quempiam virum gravem et idoneum substituemus. Interim volumus apud vos dilectum filium Baldassarem de Piscia remanere. Hortamus igitur vos bono animo esse, quoniam nec processum jam inchoatum adversus hereticum dimittemus neque proteccionem vestram aliquatenus deseremus. Datum Rome apud s. Marcum sub annulo piscatoris die 17. Decembris, MCCCCLXV<sup>o</sup> pont. n. a<sup>o</sup> secundo. —

Esch. fol. 291<sup>b</sup>. Hanko übersandte das Breve, dessen Inhalt man ihm in Rom nicht mitgetheilt, den er jedoch durch Dr. Valentin Pernerbeck, einen Gesandten des Herzogs Ludwig von Baiern, erfahren hatte, mit einem Briefe vom selben Tage. Klose III. 351. Ankunft am 25. Januar, vgl. n. 315.

311.

1465. December 8. Rome.

Papst Paul II. entbindet die Unterthanen Georgs ihrer Eide gegen den König.

Paulus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Sacrosancta Romana et apostolica ecclesia, quam imperscrutabilis divine providencie altitudo consilii dispositione incommutabili ecclesiis pretulit universis et tocius orbis voluit obtainere primatum, queque per dei omnipotentis graciam a tramite apostolice tradicionis nunquam excessit nec hereticis novitatibus depravata succubuit, inter ceteras generales ecclesie solicitudines hac precipue cura constringitur, ut a grege dominico lupos arceat et putrida membra que misticum Christi corpus inficiunt ferro ecclesiastice districcionis abscondat et nutancium corda fratrum fidei sue soliditate confirmet. Sane cum perditionis filius Georgius Pogibrat, Hussitarum perfidie in qua ortus et educatus fuit alumnus ac sectator, exquisitis artibus et machinacionibus suis clare memorie Ladislao catholico rege repentina morte sublato ad regnum Bohemie aspirasset, et recusantibus episcopis qui ad coronacionem ipsius accersiti fuerant, nisi prius catholicam fidem profiteretur, eum regio diademat coronare, Hussitarum heresim abjurasset et se Romano pontifici parturum regnumque ipsum ad ritum Romane et universalis ecclesie reducturum jurejurando professus fuisset. ac demum sue fidei juramenti ac promissionis oblitus veluti canis reversus ad vomitum in heresimque relapsus nedum salutaria felicis recordacionis Pii pontificis predecessoris nostri monita, que ad eum per proprium oratorem emiserat, abhominabili superbia duriciaque sprevisset, sed eciam in magno frequentique conventu Prage habitu se hereticum declarasset et in ea perfidia usque ad mortem cum conjugi et liberis perseveraturum publice contestatus fuisset et violato jure legacionis, quod eciam apud barbaras gentes sanctum et inviolatum extitit, oratorem apostolicum in carcерem et vincula conjecisset, idem predecessor tamquam contra notorium hereticum perjurum atque relapsum processum instituit, nosque eodem predecessor, sicut domino placuit, sublato de medio divina favente clemencia ad apicem apostolatus assumpti ad preces diversorum principum, qui conversionem ipsius Georgii forte sperabant, prosecucionem instituti processus ad plures menses distulissemus, idem iniuritatis filius in reprobum traditus sensum mala malis accumulans dilectos filios ejusdem Bohemie regni barones diversis gravaminibus et persecucionibus affecit, castra eciam quedam dilecti filii nobilis viri Hinconis de Vettow baronis, qui zelo fidei se ab ipsius heretici com-

munione substraxerat et fidelitatem infideli negabat, contra interdictum oratoris apostolici super ea re specialiter destinati maxima vi oppugnavit, et dilectos filios cives et communitatem Wratislaviensem, qui zelo orthodoxe fidei accensi ipsi heretico viriliter et fortiter restiterunt, delere atque exterminare nixus fuerit ac nitatur in dies, eciam perditos quosdam et externos homines ad exicum illius civitatis conducendo: Nos attentes tam gravia mala que in perniciem et periculum omnium catholicorum ipsius regni vergere videbantur amplius dissimulari non posse nec illius conversionem ulterius expectandam, quoniam teste scriptura impius cum in profundum malorum venerit contemnit et despicit, licet per premissa et alia graviora que contra fidem catholicam palam agit in dies maxime fovendo hereticos et persecundo christianos satis eum constaret notorium esse hereticum perjurum atque relapsum ac propterea omni honore et dignitate privatum ipso jure, nec alia videretur expectanda sentencia, tamen ad abundantem cautelam et ad finem denunciacionis duntaxat causam adversus eundem commisimus ad videndum se notorium hereticum atque relapsum declarari omni honore et dignitate fuisse et esse privatum citari mandavimus. Verum cum intelligamus ipsum sue damnacionis et perfidie conscientium in dies vires contrahere et potentiam augere, ut universos catholicos ex regno Bohemie et presertim Wratislavienses deleaf et exterminet, cumque quotidie fidelibus et catholicis viris cedes proscripciones carceres et mortes intentet satisque verendum sit, quod, nisi eum baronum et procerum catholicorum ipsius regni adhesio et obediencia distrahat, nedum consistentibus in ipso regno fidelibus sed finitimi quoque provinciis et toti religioni christiane maximum periculum imminebit, ac propterea, donec ipsi regno Bohemie de rege fidi ac catholico provisum fuerit, illius perfidie ne magis invalescere possit, sit necessario occurrendum; cumque eciam, ut nuper accepimus, plures ex dilectis filiis baronibus atque proceribus ejusdem regni gravia onera et importabilia eis imposita, per que hereticus ipse atque tirannus inclitum regnum Bohemie contra priscorum regum consuetudinem ad miserabilem redegit servitutem, sustinere amplius non valentes et indigne ferentes persecucionem Wratislavien-sium et aliorum catholicorum insoncium, blasfemias quoque sediciones et minas perfidissimi Rockizane heresiarche merito detestantes atque intelligentes prefatum Georgium hereticum in eodem regno ex sua venenata radice germen velle producere et filium suum paterne perfidie atque impietatis alumnum in regem velle suscitare atque preficere, ut Bohemos viros fortes atque catholicos, quos sevus pater virginis atque flagellis cecidit, impius filius cedat scorpionibus, adversus ipsum hereticum atque tirannum protestati fuerint, propter que sperandum sit eos zelo fidei ac catholice religionis accensos et tamquam viros strenuos et magnanimos paterne et avite virtutis memores in libertatem provocaturos et excussuros jugum heretice atque tirannice servitutis, dummodo auctoritate apostolice sedis a juramentis ipsi heretico prestitis vel pociis ab eo extortis absolvantur et ab omni fidelitate homagio atque servicio in futurum prestando penitus liberentur: Nos ipsorum baronum et procerum fidem constanciam et animi virtutem merito commendantes ac pariter attendentes secundum legis divine precepta hominem alterius secte vel fidei et presertim eum qui a fide catholica apostotavit non posse neque

debere catholicis atque fidelibus imperare; considerantes quoque Georgium, qui publice atque notorie ac propria professione se declaravit hereticum et in heresim relapsus est, jam damnatum ipso jure sentencia damnacionis astrictum, et secundum canonicas sanc-  
ciones adversus eum qui non est novi erroris inventor sed veteris ymitator, non esse  
necessarium novam prodire sentenciam, sed pro tenore constitucionis antique eos qui  
pravitatis tam dammate participes fuerint ab universalis ecclesia refutandos; intelligentes  
quoque imminentis fidei periculo necessario providendum, ne inter moras temporis et  
expectacionem declaracionis res eo deducatur, ut postea execucio fieri non possit, cum  
secundum legislatoris sentenciam melius sit ante occurrere quam post vulneratam vel  
desperatam causam remedium adhibere: auctoritate omnipotentis dei et beatorum apos-  
tolorum Petri et Pauli, sanctorum patrum et predecessorum nostrorum vestigia sequen-  
tes, qui in similibus causis id fecere faciendumque sanxerunt, omnes et singulos barones  
regni Bohemie marchionatus Moravie et Slesie, omnes preterea communitates seu uni-  
versitates civitatum opidorum castrorum villarum atque locorum nec non singulares per-  
sonas ejusdem regni marchionatus Moravie et Slesie, donec et quousque fuerit ipsi regno  
de catholico rege provisum, ab omni sacramento fidelitatis omagio subjeccione et ser-  
vicio ipsi Georgio promisso aut exhiberi solito absolvimus et liberamus, ipsos nichilo-  
minus sub obtestacione divini judicij monemus, ne fidelitatem quam christiano et catho-  
lico duntaxat regi debent heretico homini deo et sanctis omnibus adversanti et divina  
precepta calcanti aliqua ratione persolvant, de fructibus redditibus atque proventibus  
regni atque corone, ne illi ad substinendam et alendam perfidiam suam fomentum am-  
plius tribuatur, nullo modo respondeant, ipsum in prelio vel in milicia non sequantur,  
ad ejus edictum seu vocationem non veniant, dietas aut parlamenta vel congregaciones  
ipsius omnino declinent, denique ab omni ipsius communione se separant et memores  
apostolici precepti qui hereticum hominem post primam et secundam correccionem  
vitandum monuit, ipsum tanquam subversum et in semetipso damnatum omnino devitent.  
Nos enim omnes et singulos supradictos ad juramentum homagium fidelitatem tributum  
subjeccionem aut quocunque servicii genus exhibendum propter notoriam ejus here-  
sim et instans fidei catholice periculum, donec et quousque Georgio perfidie auctore et  
defensore regno depulso rex orthodoxus et catholicus prefectus fuerit, volumus ac decernimus  
non teneri et prestari aut exhiberi penitus prohibemus. Nulli ergo omnino homi-  
num liceat hanc paginam nostre absolucionis liberacionis monitionis voluntatis consti-  
tucionis et prohibicionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli  
apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Rome apud s. Marcum aº inc. dom.  
1465 sexto Idus Decembris pont. n. aº secundo. —

Esch. fol. 295<sup>a-b</sup>. Darunter zwei Bemerkungen von seiner Hand: 1) Rev<sup>mus</sup> d. legatus copias  
hujus bulle fecit plurificari et ad diversa loca misit ultra LX copias quas illi scribi feci. — 2) Ista  
bulla quia non continebat duces Slesie neque Superiorem et Inferiorem Lusatiam specificaverat, disposit  
rev<sup>mus</sup> d. Lavantinus legatus in aliam, in qua duces Slesie, Superior et Inferior Lusatia comprehende-  
batur, alias in omnibus verbis immutatam [scil. mutari]. —

312.

1465 December 16 und 1466 Januar 3. Rom.

Fabian Hanko berichtet an den Breslauer Rath, dass Jaroslaw, der das Schreiben des Königs Georg vom 21. October (n. 307) überbracht hatte, am dritten Adventsonntag mit den Kardinälen in das Gemach gedrungen sei, worin der Papst sich ankleidete, wenn er das Hochamt hielt, und ihm, da er aus der Messe gekommen, das Schreiben des Königs mit den Worten überreicht habe: Heiligster Vater, dieser Brief ist von Eurer Heiligkeit ergebenem Sohne, meinem gnädigen Herren, dem Könige von Böhmen. Der Papst war sehr aufgebracht darüber, dass man ihn hineingelassen. Doch nahm er den Brief von ihm und schrie ihn an: Was sagst Du: Heiligster Vater — dem Könige von Böhmen! Quomodo tu bestia es audax in presencia nostra nominare eum regem quem scis damnatum hereticum ab ecclesia Romana! Vadas ad furcas cum heretico ribaldo tuo! Und so nahm er den Brief und warf ihm demselben nach, doch wurde er wieder aufgehoben und dem Cardinal Carvajal übergeben. In Bezug auf die Freude, die man an der Curie über diese Abfertigung empfand, theilt Hanko noch die Aeusserung des Cardinal Franz Piccolomini mit, die dieser bei Tische an ihn richtete: Hodie est dominica Gaudete (dritter Adventssonntag, 15. Dec.). Volumus igitur simul gaudere in domino, quod spiritus domini tam magnifice operatus sit per dominum nostrum papam, qui non requisito consilio cardinalium fecit rem omnibus cardinalibus peroptime placitam. — Rom d. 16. December 1465.

Ferner berichtet Hanko, dass der Papst am heiligen Christtage bei der Messe, als er den böhmischen Botschafter sich unter den Prälaten herandrängen sah, ihm durch einen Trabanten befehlen liess die Kirche zu verlassen. Als Jaroslaw nicht sofort gieng, schlug ihn dieser mit seinem silbernen Kolben zweimal auf die Schulter, worauf er unter grossem Fluchen und Schelten in Begleitung seiner drei Knechte aus der Kirche gieng. Rom am Freitag den 3. Januar 1466.

Excerpte bei Klose III, 351—353 und 359. Schwerlich indess verliess, wie Palacky IV. 2. 373 annimmt, Jaroslaw Rom vor Empfangnahme der vom 12. Januar 1466 datierten Antwort des Papstes.

313.

1466 (Januar 12) Rome.

**Antwort des Papstes auf das Schreiben des Königs Georg vom 21. October 1465 in N. 307.**

Paulus episcopus etc. Georgio Pogiebrat, qui se regem Bohemie appellat, viam veritatis agnoscere (!).

Causam declaracionis penarum juris adversum te ob heresim notoriam et sepe damnatam quam te sectari atque fovere publice professus es commisimus non emulorum tuorum suggestione permoti; id enim sedis apostolice gravitati non mediocriter deroget. Sed cum te in errore damnato pertinaciter insistentem jam diu pacienter tolleratum pejora semper in catholicam religionem undique molientem sine dei offensa et

fidei periculo diucius ferre non possemus, licet tibi in heresim ipsam relapso secundum canonicas sancções omnis esset audiencia deneganda, memores tamen apostolice benignitatis post multas deliberaciones tandem ex maturo consilio, exhortante nos eciam atque petente dilecto filio, fisci nostri et catholice fidei procuratore, in publico consilio judices dedimus qui ad declaracionem damnacionemque penarum te vocarent atque citarent. Hii nostra in se commissione suscepta ac servata juris solemnitate citacionem decreverunt, termino sex mensium quo comparere posses tibi statuto, que sicut in Romana curia locis oportunis executa fuerit, ita eam in locis vicinis tibi jam credimus execucioni mandatam. Verus igitur de commissione cause rumor insonuit qui non, ut tue littere opinari te dicunt, pro veris falsa detulit, sed processus inchoatos verissime nunciavit, in hoc uno dumtaxat erroneus quod emuli tui quos prorsus ignoramus ad hujusmodi nos processus induxerint. Major est apostolice sedis in judiciis gravitas, major in rebus gerendis circumspccio, quam ut vana cujusquam suggestione ducatur aut adversus quemlibet pro emulorum voluntate judicia instituat vel in gravibus rebus quidquam statuat non ante premeditatum diu atque discussum. Novit hec sedes que a spiritu sancto gubernatur et regitur, sicut pro qualitate causarum rerum et temporum processus formare et sua quibusque adhibere remedia, ita et in majoribus causis majori cautela et gravitate procedere. Dictantis igitur litteras tuas, quisquis est ille, modestie fuerat apostolicam sedem nimie vel facilitatis vel presumptionis minime arguere, a qua non nisi matura procedunt ac justa judicia. Contra te itaque Hussitarum heresis sectatorem fautoremque precipuum causam commissam et citacionem decretam certo cognoscas, non, ut littere tue causari videntur, contra incolas et subditos regni Bohemie aliquid innovatum. Enimvero te solum commissio respicit, te unum vocat citacio, quod eciam ex illius tenore quem ad te pervenisse jam credimus facile poteris intelligere. Ita enim necessario expedire providimus, ut putrido membro quod medicinam non recipit a corpore preciso reliqua membra a labe serventur innoxia aut infecta fortassis facilius curentur. Ceterum quia in litteris tuis dietam indici petis in qua, ut asseris, apparere possit, quam falsa nobis pro veris relata fuerint, et in qua tu docearis, si in aliquo fortassis errares, quasi non ante jam Hussitarum heresis damnata sit, aut tu jam primum docendus sis, quod hactenus fueris in heresi versatus: ad hanc quoque litterarum partem responsum accipias. Meminisce te credimus magne illius et celebris Constanciensis sinodi maxima prelatorum et principum christianorum convencione coacte; hujus celeberrima auctoritas perniciosissimam Hussitarum heresim cum suis auctoribus atque sequacibus magno patrum consensu perpetuo damnavit, in quo eciam precipuus sator heresis illius Johannes Hus digno judicio igni combustus est. Misit deinde ad hujusmodi heresim a Bohemorum finibus propellendam felicis recordacionis Martinus quintus predecessor noster duos successive de latere legatos, qui qualiter sint recepti quidve aut exhortando aut monendo profecerint te latere non credimus. Nam ut Chrisostimus ait, omnis malicia confunditur aliquociens racione veritatis, corrigitur autem nunquam, maxime eorum qui proposito malo perfidiaque probantur errare. Successit deinde Basiliense concilium in quo post varios labores eadem heresis simili iterum damnacione notata est. Preterea, ut eos ommittamus qui a

Basiliensi concilio in Bohemiam plures successive legati fuerunt, ex quibus eciam Constanziensis episcopus in Bohemia obiit, felicis memorie Nicolaus quintus, eciam noster predecessor, ad delendam Hussitarum perfidiam ferventer anhelans venerabilem fratrem nostrum Johannem Portuensem episcopum, tunc s. Angeli diaconum cardinalem, apostolice sedis de latere legatum in Bohemiam misit, qui post varios tractatus proficere non valens re infecta discessit. Huic successit bone memorie Nicolaus tit. s. Petri ad vincula presbiter cardinalis, ab eodem predecessore similiter missus, qui eciam Ratispone dietam tenuit. Verum ut pretereamus diversos inferioris ordinis prelatos super hac re in Bohemia missos, num illud obmittere possumus, aut tu inficiari audebis, quod pie memorie Pius secundus qui nos in apostolatu immediate precessit, presentibus quos miseras oratoribus tuis ac in omnibus que tue nomine dicere voluerunt plene auditis, Hussitarum heresim ewangelica auctoritate et scriptis doctorum in publico consistorio plenissime evertit et confutavit, catholice religionis veritatem docuit eamque doctos oratores tuos ad te remisit atque cum illis ultiro potentibus dilectum filium Fantinum de Valle, utriusque juris doctorem, qui tibi apostolice sedis doctrinam et jussa exponebat destinavit, qui eciam a te, dum apostolicum mandatum exequeretur, in vincula et carecerem conjectus est? Cum itaque pestilens hec heresis tam longo tempore, tam variis locis et dietis, a tam gravissimis et doctissimis patribus tocians agitata sit atque discussa ac sentencia unanimi omnium reprobata, a Romano pontifice in publico consistorio, a duobus generalibus concilii damnata, rursus dietam indici in qua hec heresis iterum ventiletur frustra postulas. Nam sancte memorie Gelasio predecessore nostro testante majores nostri divina inspiracione cernentes necessario precaverunt, ut quod contra unamquamque heresim coacta semel sinodus pro fidei communione et veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sinerent novis post hec retractacionibus ventilari, ne prius preberetur occasio, quam medicinaliter fuerant statuta pulsandi, sed auctore cujuslibet insanie ac pariter errore damnato sufficere judicaverunt, ut quisquis hujus erroris aliquando communicator existeret sentencia damnacionis ejus esset astrictus. Sic Sabellium damnavit sinodus, nec fuit necesse, ut ejus sectatores postea damnarentur, sed pro tenore constitutionis antique qui vel pravitatis illius vel communionis extitere participes universalis ecclesia duxit refutandos; sic Arrium, sic ennormem Macedonem Nestorium sinodus semel gesta condemnans ulterius ad nova concilia venire non sivit. Nec vero putas nos ex diffidencia veritatis recusare dietam, sed juxta priscorum patrum et sanctorum predecessorum nostrorum sentencias hoc ad pacem universalis ecclesie et ad custodiam catholice fidei pertinere arbitramur, ut que semel diffinita sunt amplius ventilari non liceat, quoniam ex hoc universalibus concilii decretisque pontificum manifesta inferretur injuria ac, sicut in epistola quadam b. Leo predecessor noster ajebat, multum hereticorum audetur insidiis, si post sinodi constituta, tanquam nichil ante diffinitum fuerit, tractatus habeantur, et quod tocius mundi catholici sacerdotes in sancta Calcedonensi sinodo probant gaudentque firmatum, in injuriam sanctissimi concilii efficiatur infirmum; unde et alio loco imperatorem ad instanciam hereticorum talia postulantem ingenuo sermone refellit et a diffidencie nota se purgat inquiens: Obsecro te, venerabi-

lis princeps, ne humilitatem meam de diffidencia putes esse culpandam, cum hec mea caucio non solum utilitati ecclesie consulet, sed eciam tue glorie suffragetur, ne sub imperii tui tempore hereticorum aucta videatur improbitas. Detestandum enim nobis est perseveranterque vitandum quod fraus heretica nititur obtinere nec in aliquam disrepcionem pie et plene finita revocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum ipsis de his videamus ambigere que manifestum est auctoritate ecclesie esse decisa. Denique cum per litteras et nuncios apostolice sedis sepe sis monitus, sepius requisitus, ut ab errore desisteres et ad catholice ecclesie unionem redires, multis jam annis pacienter tolleratus, cum tot incassum labores abierint, quid est quod nunc quasi nunquam auditus, nunquam sis monitus, contra te procedi conquereris? Frustra jam nobis opponis, quod in spiritu lenitatis ac paciencia et doctrina peccantes arguere, blandimentis non asperitatis errantes reducere et, ubi strages multorum latet, severitati detrahere et misericordiam servare debeamus, quasi nos aspere aut severe tecum egerimus aut processerimus rigorose, vel in nobilem Bohemorum gentem vel quoslibet populos christianos gladium mittere velimus, cum magis cupiamus errantes ad viam salutis revocare et non solum animas sed eciam corpora, quantum possumus, volumus a morte servari. Desine igitur nobis hoc crimen imponere, cum non passim incolas quosque regni Bohemie in judicium vocaverimus. Sunt enim in ipso regno plurimi catholici populi barones et principes deo et apostolice sedi devoti, quos sicuti heretico parere est prorsus indignum, ita et animarum saluti valde periculosum. Impietas namque non misericordia est uniparere et universos in discrimen adducere, presertim cum multis crassantibus exemplo sit opus et morbida ovis sit a grege separanda, ne morbus unius contagione sui universas inficiat. Obicis preterea, quod salvator noster beatissimum Petrum apostolorum principem post trinam negacionem non statim damnavit, quasi nos te non satis edoctum, non jam antea monitum precipitanter damnare velimus. Fatemur, non statim Petrum damnavit salvator sed benigne respexit, ac ille statim egressus crimen negacionis lacrimis diluit atque, ut beatus scribit Ambrosius, fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse deflevit, atque ideo majorem graciā reperit quam amisit. Tu vero sepe monitus in heresi permanes, durior efficeris, pejora moliris, qui heresim tuam quasi auctoritate quadam defendere niteris, dum adversus illam jam sepe damnatam iterum audiri, iterum doceri pertinaciter petis. Nam quid demum aliud sibi vlt ista qua dietam indici postulas, quam ut post tot labores, post tot damnaciones in illa iterum disputetur, an tu solus catholicus sis et tota simul erret ecclesia? Maxime profecto et intollerabilis arrogancie et temeritatis est te solum velle plus sapere quam reliqui christiani omnes et quam tota simul sapit ecclesia. Sed ne hoc te Petri defendas exemplo, adverte, quod qui Petrum penitentem misericorditer salvavit, Judam obstinatum non injuste damnavit; Dathan et Abiron scisma moventes terre hiatu ad inferos dimersit. Ac simul considera, quod Moises vir dei, qui eciam pro salute populi de libro vite deleri peciit, non pepercit idolatrī, sed zelo dei succensus una die tria et viginti milia occidit. In actibus quoque apostolorum Paulus apostolus doctor veritatis, qui omnem hereticum evitari jubet, Helmiam magnum populos subvertentem cecitate percussit, in ewan-

gelo salvator in patris familias persona qui vineam suam agricolis collocavit salutarem nobis doctrinam reliquit, cum quid ille post tertiam monitionem facturus esset ostendens ait: Malos male perdet et vineam suam aliis locabit qui illi temporibus suis fructum reddant. Hujusmodi exempla licet nos ad ymitandum se provocent, ut tamen omnis querele, omnis oblocucionis cessaret occasio, licet secundum instituta canonica post relapsum omnis tibi audiencia esset merito deneganda, ex abundanciori pietate causam declaracionis gravissimis et integerrimis viris commisimus, qui ut divini et humani juris peritissimi sunt, ita et ab omni suspicione remoti, ab omni passione sunt liberi, in hoc casu quod juris fuerit juste decernent. Tuum est igitur coram illis comparere, illorum subire judicium et sentenciam expectare quam illi pro singulari sapiencia sua atque doctrina justam proculdubio promulgabunt. Datum Rome.

Esch. fol. 298<sup>a</sup>—299<sup>b</sup> nach der vom Papste an den Breslauer Rath übersandten Abschrift. In der „Kanzlei des Königs Georg“ n. 240 steht das Schreiben mit dem Datum des 12. Januar 1466. Ueber die Zeit der Ankunft in Breslau vgl. die Note zu n. 316.

## 314.

1466 Januar 13.

**Capitel und Rath von Breslau bitten den Papst die Erhebung des Böhmischen Herrenbundes gegen den König Georg zu unterstützen.**

Nach längerer Einleitung mit Berufung auf n. 309 heisst es: Orte sunt bone differencie in hoc inclito regno quas salvator noster in mundum veniens se misisse dicit filium a patre et fratrem a fratre dividendo. Nobilissimi quippe barones regni qui semper partem s. R. ecclesie foverunt ligam contra Belial fecerunt, qua durante solidataque et adjuta per v. s<sup>tem</sup> optimum remedium hiis periculosis rebus et frenum dabuntur quo maxille impiorum facile constringentur. Ideo, b<sup>me</sup> d., humilime rogamus, quatinus pro conservacione ac augmentacione fidei et tuicione nostra omniumque fidelium hujus incliti regni Bohemie v. s<sup>tab</sup> dignetur mentem illorum baronum animare eosque in bono proposito confirmare ac adjuvare vires eorum, quoniam impares sunt potencie hereticorum, et illis ac lige assistere quam ex singulari divina faccione nodatain esse credimus, ut per eam duntaxat facilius compescerentur et castigabuntur malicie pravissimorum, alias quoque provisiones apud cesaream majestatem et principes imperii procurare, ac cetera que necessaria sunt et expedire videbuntur juxta immensam sapienciam v. s<sup>tab</sup> prefato rev<sup>mo</sup> d. legato committere et paternaliter atque clementissime agere, ut colligatores predicti quos propter distanciam difficulter possumus juvare, ne vel timore perculti aut vi suppeditati coactique vel suggestionibus et dolosis blandimentis victi aut aliis mille modis quos dolosissimus ille noscit sedati iterum sibi faveant et assistant; et desevirerit crudelissime et incessanter in sangwinem omnium christianorum, a quo nullius intuitu in mundo et precipue in contemptum v. s<sup>tab</sup>, si aliquo modo poterit, non cessabit. Nos, b<sup>me</sup> p., faciemus pro parvitate nostra omnia que possumus, sicut in dies facimus in diver-

sis gravissimis expensis armigerorum hanc urbem et vicinos protegendo, quibus expensis et bellis in istos hostes longis annis hactenus gestis extenuate sunt vires nostre et in horas decrescunt. Nichilominus tamen confidimus deo, qui nobis vitam contulit pro tenenda et defendenda sua lege, conferet virtutes et necessaria quilibet neque permittet deficere suos, dabitque v. s<sup>ts</sup> solamen tristibus et a jugo hereticorum liberabit fideles, et sic prosequetur negocium istud jam inceptum, ut nullo respectu suspensionem interponat; alias hic leo rugiens gregem dominicum dispergeret et letaliter offendere curaret pastorem, qui in omni hora bene valeat et tueatur a domino in unicam consolacionem et conservacionem omnium fidelium christianorum. Veniet eciam in brevi ad pedes v. s<sup>ts</sup> venerabilis pater, dominus doctor Balthazar de Piscia hactenus pro sede apostolica hic deputatus. qui singula huic negocio necessaria videns et intelligens efficacius omnia explanabit, ad quem nos remittendo nunc breviores sumus. D. in octava Epiphanie a<sup>o</sup> d. 1466.

Esch. fol. 290<sup>b</sup>—291<sup>a</sup>. Ebenso an den Cardinal Franz Piccolomini, den Neopaten Bischof Marcus von Vicenza und an die beiden Bischöfe von Tarazona und Treviso, päpstliche Referendarien. Ein besonderes Empfehlungsschreiben für den am Ende erwähnten Dr. Balthasar von Piscia, datiert vom 16. Januar, fol. 293<sup>b</sup>. Hierin heißt es: Ipse in hac causa ex omni parte doctus et expertus v. s<sup>ti</sup> singula declarabit et referet necessitates nostras et precipue fidei pericula nunc prob dolor imminencia, prout et de hoc a rev<sup>mo</sup> d. Lavantino plures et efficaces habet instrucciones etc. Die Absendung des Doctors nach Rom war das Resultat der zwischen dem Legaten und dem Bischof Jost, als dem Bevollmächtigten des Herrenbundes, gepflogenen Unterhandlungen. Gleichzeitig sandte der Herrenbund Dobrohost v. Romspurg und privatim noch Bischof Jost seinen Agenten, den Ritter Thomas, an den Papst. Palackys Bemerkung (IV. 2. 354) über Dobrohosts Instruction ist irrig, derselbe war auch 1467 in Rom. Vgl. Urk. Beitr. S. 433. — Vgl. über Dr. Balthasars Reise noch Cod. dipl. Saxon. reg. II. 3, n. 1083.

## 315.

1466 Januar 28.

Capitel und Rath von Breslau antworten in ziemlich erregter Stimmung auf das am 25. Januar angekommene Breve vom 6. December 1465 (n. 310) das den Bischof Rudolf nach Rom zurückrief. Dieser Entschluss müsse dem Papst sevissima hereticorum suggestione, ja von Georg selbst medio filiorum sathane eingegeben sein; er würde die schlimmsten Folgen nach sich ziehen. Die Gläubigen würden sehen, dass auf den heiligen Stuhl doch kein Verlass sei, und der König würde in seinem bösen Verhalten gestärkt werden. Mit grosser Weisheit habe der Legat das durch die früheren Schwankungen des päpstlichen Verfahrens hervorgerufene Misstrauen überwunden, und nun solle er zum Gespött seiner Feinde werden? Es giengen Gerüchte von neuen Versprechungen Georgs, der Papst möge ihnen ja doch nicht trauen. Ut plures referunt, ipse a v. s<sup>te</sup> pecierit dietam, et ut unus ex rev<sup>mis</sup> d. cardinalibus mittatur, et juxta consilium principum Almanicorum se facturum dicit; propter dilaciones id facit, non propter relinquere heresim . . . . Noscit quoque callidissimus Girsico dissensiones quas plerumque disseminavit inter prefatos Germanice nationis principes; ideo tractatus illorum optat, ut quilibet in alterum auxilia sua spectans sibi faveret. Hec est eciam racio

quare illorum aliqui apud v. s<sup>tem</sup> pro eo intercedunt. Balthasar von Piscia sei vor Kurzem abgereist, was solle werden, wenn nun auch der Legat fortgehe, auf dessen Unterstützung auch die mit dem König zerfallenen Herren besonders rechneten? Der Legat werde das in seinem Briefe besser auseinandersetzen. Der heilige Vater möge aber nicht zürnen, wenn sie denselben bei ihnen zu bleiben nöthigten (si suam rev<sup>mam</sup> paternitatem retinuerimus). Sie bätēn dringend, dass der Papst ihn nicht zurückrufe, ihn im Gegentheil mit grösserer Vollmacht versehe. Nescit quo diverti hereticus, nisi ut calliditate sua subterfugia querat; omnes christiane communitates ab eo recessure sunt, majores domini in Bohemia secum differentes et inimici sunt, quos huic rev<sup>mo</sup> d. legato videt benivolos, ac rev<sup>dum</sup> d. Jodocum, dominum nostrum graciosum, illi amore intelligit conjunctum, ceteros quoque principes et barones regni qui eum venerantur et amplectuntur caritate dolore sentit. Igitur eum revocari studet etc. Wiederholte Bitten, der Papst möge von dem eingeschlagenen Wege nicht abweichen. — D. XXVIII die Januarii a<sup>o</sup> etc. LXVI.

Esch. fol. 291<sup>b</sup>—292<sup>b</sup>. Vgl. VII, 111. Ebenso an die Cardinäle Bessarion, Carvajal und Erolo.

316.

1466 Februar 6. Rome.

**Paul II. an Herzog Ludwig von Baiern.** Antwort auf die in seinem Namen durch Dr. Valentin Bernbeck zu Gunsten des Königs Georg übermittelten Anträge, die er völlig abweist.

Paulus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio nobili viro Ludvico duci Bavarie salutem etc.

Dilekte fili! Quanto fervore pro catholice fidei unitate et pacis studio movearis, reddita nobis nuper nobilitatis tue epistola demonstravit et dilecti filii oratoris tui relacio patefecit, ex quibus plane cognovimus zelum quem ad extirpandum errorem et dilatandam catholicam fidem habere probaris, pro qua re nec laboribus domesticorum virorum quos in Bohemiam transmisisti<sup>1)</sup> nec propriis impendiis pepercisti. Intelligimus desiderium tuum, ut Georgius qui se regem Bohemie dicit, Hussitarum heresis sectator et fautor, sine cede et sanguine ac sine detimento reipublice christiane ad pacem et unitatem ecclesie revertatur, quod si fieret, magna per illum religioni christiane adversus Turcos Christi hostes speras obventura subsidia; hortaris ut premiis atque muneribus illum alliciamus ad fidem, pro qua re nobis quedam capitula transmisisti, quibus si apostolica sedes preberet assensum, speras Georgium cum conjugē et liberis se sancte Romane et universalis ecclesie ritui conformaturum. Laudandum est nobilitatis tue studium quod reparande paci dignanter impendis. Sed hoc prudenciam tuam maxime considerare oportet, ut ne nos fallacibus verbis seducamur, nec catholica fides hereticorum hominum supplantetur insidiis. Fuit hic mos pridem innatus hereticis, ut

<sup>1)</sup> Bezieht sich auf Martin Mayr.

sub velamine nominis christiani et sub pacis et unitatis titulo incautos fallerent et se catholicis adherere velle menciendo ecclesiasticam districcionem et legum severitatem effugerent. Verum non est pax ista sed bellum, nec ecclesie jungitur qui ab ewangelio separatur. Non concedit pacem facilis ista sed tollit, nec unitatem prestat sed impedit ad salutem. Cur enim beneficium injuriam vocant, cur impietatem vocabulo pietatis appellant, ut qui ecclesiasticam severitatem intercipiant, conficta penitencia communicare se simulant? Serpunt sermone blando et letale contagium pestiferis linguis eorum evomunt, quorum, ut ille ait, sermo serpit ut cancer. Propterea bene ammonebat apostolus dicens: Nemo vos seducat inanibus verbis. Nos vero, dilectissime fili, quasi super specula dignacio divina constituit, ut eminentiori loco sedentes intueamur accucius, lupos arceamus a caulis et longe prospicientes pericula caucius declinemus. Non parva res agitur. Nam ubi in Christum omnium salvatorem intenditur, ubi communis fides impletitur, ubi fermentum heresis in populis seminatur, necesse est intencius vigilare pastorem. Impii enim esset et improbi tacendo ex specula gregem dominicum permittere laniari; desertoris esset officium, non pastoris irruentes bestias a dominicis septis non cohibere. Atque ut intelligat devocio tua, qualia sunt que petuntur a Georgio, et in quale periculum catholicam fidem et nos ipsos, si possit, per insidias conetur adducere, quedam ex ipsis capitulis percurrentes quam indigna et exorbitancia sint que postulantur breviter disseremus. In primis is qui in notoria et sepe damnata deprehensus est heresi, is qui relapsus est in eam quam regnandi libidine abjuraverat<sup>1)</sup>, expiacionis loco pro penitencia, pro satisfaccione quam debet, pro pena quam meretur, premia sue malignitatis exquirit, et premia quidem talia que vix christianissimo principi et de fide catholica optime merenti liceret optare: nempe ut imperii titulo augeatur, filius substituatur in regno, alumno successorique perfidie ecclesia et dispensacio Christi tradatur, persecutori fidei ipsius tutela mandetur, Christi hosti christianorum salus et vita credatur. In quo animadvertere potes quomodo anime sue salutem exquirat, qui non nisi ad temporalia bona festinat, qui conversionem suam querit lucro mercari, qui ante expiata delicta, ante satisfaccionem criminis, ante purgatam conscienciam, ante offensam dei nostramque placatam mercedem sue iniquitatis exposcit. Verum attendamus quid pro his omnibus sit Georgius repensurus! Conformabit, inquit primus articulus, se Georgius pro persona sua conjugi et liberis ritui et observancie Romane ecclesie et obedienciam sedi apostolice prestabit, qnemadmodum ceteri et catholici reges faciunt pro se conjugi et liberis suis. En pollicitacio digna eo qui se regem dicit, pro qua Georgius non tantum veniam damnati erroris sed eciam premia maxime remuneracionis expectat. Novimus quidem quid sanctorum patrum instituta declarant, quid sit cum deprehensis in heresi notoria, quid cum relapsis faciendum, que possit severitas canonum circa penam infligendam aliqualiter mitigari, sed numquid debet pro perfidia et iniquitate retribui? Hoc est illud novum genus cladis quod b. Ciprianus, episcopus et martyr insignis, in quorundam cordibus irrepsisse deflebat. Hec est illa decepcion que sub misericordie titulo fal-

<sup>1)</sup> In der Handschrift: qua regnandi libidine perfidiam et abjuraverat.

lenti et blanda pernicie contra ewangelii vigorem, contra dei preceptum quorundam temeritate laxatur, dum incautis communicacio irrita et falsa pax periculosa dantibus et nichil accipientibus pro futura conceditur. Pro persona sua inquit, ne alios includere putaretur, cum conjugē liberis se Romane ecclesie ritui confirmabit. Quid ecclesie Christi proderit unius aut duorum vel trium pro spe tirannidis retinende simulata conversio? Numquid ecclesie propterea satisfiet? Numquid catholice fidei illate resarcientur injurie et numquid propterea regnum, quod ipse letali plaga et heresis sue venenatis infecit vlnere illato curabitur? Sufficere putat, si regnum obtinens se fidelem esse dissimulet, verum audiat Augustinum, quia aliter quis servit ut homo, aliter ut rex. Nam ut homo fideliter vivendo serviret, ut rex non aliter quam justa precipiendo et hereticos cohercendo. Dicitur eum illam obedienciam prestaturum, quemadmodum catholici reges faciunt et facere consueverunt, et postea in fine restringitur, pro se conjugē et liberis suis dicat; numquid hoc catholici reges facere consueverunt, numquid obedienciam ad se liberosque restringere? Quorsum illa fallacia? Numquid anime sue salutem querit qui omnibus aliis sibi commissis presentibus et futuris festinat beneficium salutis auferre? Largior multo, amplior atque liberior fuit obediencia illa quam palam in consistorio felicis memorie Pio predecessori nostro per suos oratores exhibuit, in qua nec se ad domesticas personas restrinxit nec regnum exceptit. Major fuit abjuracio quam regno adipiscendo coram episcopis qui eum coronaturi erant palam effecit. Majora sunt que et predecessori nostro et nobis aliquando per litteras<sup>1)</sup> spopondit. Omnia tamen irrita fecit, in omnibus prevaricatus est tanquam canis reversus ad vomitum, et nunc minora sub majorum premiorum compensacione promittit; ymmō nec promittit quidem sed, si ab apostolica sede ultro offerantur sibi acceptanda, reservat. Considera nunc, dilecte fili, si talis amplectenda sit condicio, si ultro sit heretico homini non solum penitencia, ecclesiastica communio, perfidie venia indulgenda, sed eciam premia condonanda, cum majores nostri priscique pontifices lapsis veniam potentibus indulgenciam, sed maxime hereticis vix crediderint non nisi post maximam satisfaccionem expiatamque culpam concedendam. Meminimus quidem illud ex persona ecclesie Romane beato Cipriano conscriptum et canonibus sacris insertum: Absit a Romana ecclesia vigorem suum tam prophana facilitate dimittere et nervos severitatis eversa fidei majestate dissolvere, ut jacentibus in peccatis properata nimis remedia communicacionum minime profutura concedat. Quomodo enim poterit penitencie medicina prodesse, si ipse medicus intercepta penitencia indulgeret periculis! Hoc non est curare sed, si verum dicere volumus, occidere. Intelligis igitur, religiosissime fili, ipsum non querere sanitatem nec veram de satisfacione medicinam optare, sed magis penitenciam excutere velle et heresis ac impietatis sue notam quadam dissimulacione abolere. Aperti sunt canones, quomodo sint deprehensi in heresi, quomodo relapsi ad gremium ecclesie recipiendi, ubi vera appareret et non simulata conversio, illorum eciam equitas et censura servanda. Verum ne parum promisisse putetur,

<sup>1)</sup> Schreiben des Königs an den Papst Paul II. sind nur zwei vorhanden, das vom 7. März 1465 in den Urkndl. Beitr. n. 323 und das vom 21. October in dieser Sammlung n. 307, doch bezieht sich der Papst offenbar auf die durch den Kaiser und dann wieder durch den Erzbischof von Gran angeknüpften Verhandlungen.

sequenti capitulo petitur, quod ecclesie Pragensi preficiatur archiepiscopus pallium recepturus, et quasi id non per se postulasse videatur, in ipso capitulo filium supprimit, sed interpositis quibusdam aliis tandem destinatam fraudem aperuit petens filium suum, sue perfidie et erroris alumnatum, vixdum vigesimum annum agentem, humani ac divini juris ignarum, in heresi nutritum, Pragensi ecclesie cum plenaria administracione prefici archiepiscopum. Evidem de constituendo pastore in ea civitate que hereticos fovet et sustinet, quantum equum sit canonica instituta declarant, cum sancitum reperiatur expresse, quod civitas que contra ecclesiam hereticos et eorum complices non persequitur et ad commonicionem episcopi hereticos punire neglexerit, aliarum careat commercio civitatum et episcopali dignitate privetur. Verum si in hoc indulgendum esset aliquid civitati, numquid nos super gregem dominicum preficere deberemus hereticum aut mox ab heresi revertentem? Evidens est apostoli documentum, ut neophitus non ordinetur, ne forte elatus in superbiam in judicium incedat et in laqueum diaboli. Quod si ille neophitum propter timorem elacionis prohibet ordinari, quomodo nos non solum elatum sed jam sathane traditum ecclesie Christi preficiemus hereticum? Dominus super familiam suam servum prudentem et fidelem constitui wlt, qui illi cibum ministret in tempore; nos pro cibo sinemus ministrari venenum, ubi erit diligencia pastoralis? Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis; mercenarius eas lupo dimittit et tradit; quod nos utique faceremus, si dominicum gregem illi discerpendum traderemus. Que illic religio populi, que salus plebis posset aliquando sperari, ad que jam grex sanctus septa confugeret, si intra ovilia ecclesie sauciaretur? Constitueremus profecto pro pastore lupum, pro custode raptorem. Et alias inquit dominus: Habeo oves que non sunt de hoc ovili, quas me oportet abducere, ut fiat unum ovile et unus pastor. Nos vero (qui) summi pastoris locum, quibus dominice commisso sunt oves, obtinentes non solum abduceremus errantes sed eciam proprias in interitum traderemus? Absit a nobis qui oves colligendas non perdendas accepimus. Verum ut prefectionem archiepiscopi zelo fidei quesisse videatur, in sequenti adjecit articulo, quod mittat apostolica sedes virum doctrina clarum, dei timore refectum, qui cum archiepiscopo populum Bohemicum visitet et de criminibus, ultra tamen compactatorum capitula, diligenter inquirat, in quo duplex fraus fallaciaque dependitur. Ut inquisitor heretico adjungatur episcopo et de criminibus ultra terminos compactatorum inquiratur, quid aliud nisi fomentum erroris et heresis perpetuacio postulatur, ut compactata que propter duriciem cordis illorum synodus ad tempus [concessit], sine tamen Romani approbacione pontificis, ad quem antiqua concilia omnia que fidei erant approbanda semper remittere consueverunt, sedis apostolice auctoritate firmentur, ymmo que ut temporalia erant et dudum evanuisse ac expirasse probantur, velut perpetua auctoritate apostolica roborentur. Quis enim ignorat illa tantum Bohemis tunc superstibus usum communionis sub utraque specie eo tempore habentibus dispensative fuisse concessa? Quis rursus non intelligit condiciones appositas non fuisse servatas illaque multiplici transgressione amissa et extincta fuisse, quoniam nec sacerdotes populos monuerunt communionem utriusque speciei non esse de necessitate salutis, prout ex concordatorum serie publice

denunciare debebant, nec illud servarunt, ut non communicarent rationis expertes et neminem ad ritum sue communionis invitum impellerent et in reliquis se universalis ecclesie ritui conformarent. In omnibus his prevaricati sunt auctore perfidie Rockiczana ejusque discipulis publice dogmatizantibus heresim et hereticis duce ac propugnatore Georgio catholicos prosequenteribus non solum non conformantes se ritui Romane ecclesie, sed pocius eorum colluvione omnia deformantes. Hec est illa regni reformacio quam sub missione inquisitoris fraus heretica nititur obtinere, ut per excepcionem concordatorum eorum abusum apostolica sedes approbet et confirmet. Pari eciam fraude illa suggestur que duobus sequentibus capitulis annotantur de jurisdiccione ordinaria in spiritualibus Pragensi archiepiscopo concedenda, ita videlicet ut spiritualia filio suo heretico, paterne impietatis alumno, committantur et exstruatur non ecclesia Christi sed sinagoga dyaboli et convencio malignancium, quam David sanctus detestatur in psalmo inquiens: Odivi ecclesiam malignancium et cum impiis non sedebo. Simile huic est quod posteriori capitulo subjicitur, ut hii sacerdotes quos archiepiscopus ad predicanum emiserit liberum verbum dei predicent, nempe ut tales sint discipuli qualis fuerit et magister. Sed quid predicacionem hanc loco beneficij querit impetrare, quasi ab ipsis apostolorum temporibus aut predicare non licuerit aut sine mittente officium predicationis assumere, cum dicit apostolus: Quomodo audient sine predicante, et quomodo predicabunt nisi mittantur? Satis canonicis constitutionibus et sanctorum patrum institutis in ea re constat esse provisum; sed aliud forte pretendit hic sermo qui sacerdotes quoslibet vlt ad predicandum mitti, quod apostolice doctrine et canonice institutis noscitur esse contrarium; quoniam, ut multa sunt membra corporis et non omnia eundem actum habent, ita multi sunt ordines in ecclesia, sed non omnes habent idem officium, cum secundum apostolum alios dominus dedit apostolos, alios prophetas, alios autem doctores. Ipsa autem libertas predicationis atque sermonis admodum suspecta est apud illos qui super libertate ubi heresim confinxisse probantur (?). Hec sunt igitur illa que veluti pro magno munere, pro ingenti beneficio et quasi pro necessitate catholice fidei a Georgio proponuntur, pro quibus amplissima munera, novi tituli dignitatum, regni successio, ecclesiarum proteccio, principatus fidei, exercitusque christiani quasi pro debito requiruntur. Nec tamen superiora illa pure aut simpliciter promittuntur, sed post acceptacionem apostolice sedis suo servantur arbitrio. Sic enim in uno continetur articulo, quod si nos premissa acceptaverimus, laborandum erit, quod in vim concordie Georgius illos acceptet, et est bona spes, quod illud fiat, si nos primo illa duxerimus acceptanda. Magna profecto demencia et intolleranda videtur audacia apostolicam sedem talibus nexibus velle constringere et similia ad Petri cathedralm atque ad ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis orta est, cuius fides apostolo predicante lundatur, talia per hereticos commenta defterri, ut Romanus pontifex catholicam fidem quasi cauponando mercetur. Quod si ita res se habeat, ut hereticorum juvetur audacia, ut pro penitencia, pro pena delicti, pro fidei contumelia, pro persecuzione catholicorum, pro damnato inveteratoque scismate premia rependantur, actum est, ut quodam loco pridem scribit beatissimus Ciprianus, de episcopatus vigore et de ecclesie gubernande

sublimi ac divina potestate, nec christiani ultra durare aut esse non possumus. Sed nunc qualia sunt reliqua que poseuntur audiamus. Primum, ut ipse titulo Constantino-politani illustretur imperii, quasi non detestabile sit infidelem fidelibus imperare, aut homines non intelligent quorsum titulus iste expetatur imperii, ut de simbolo in simbolum facilior sit transitus, aut non minus malum sit infideles qui fidem nunquam accep-erunt quam hereticos atque schismaticos qui apostotarunt a fide urbibus imperare. Quam insuper deceret Romanam ecclesiam que cultrix debet esse justicie, jus Constanti-nopolitani imperii legitimo eripere successori, presertim cum duos nepotes ex fratre, veri et catholici imperatoris filios, qui in ipso Constantinopolis urbis excidio fortiter pugnando morti occumbere non dubitavit, apostolica sedes liberaliter enutriat, cuius nepoti majori natu, si quando auctore deo civitas eripiatur a Turcis, jus imperii suc-cessioque debetur! Sed quid mirum, si Georgius imperium petat, qui mox capitaneatum tocius christianitatis exquirit, ut videlicet illi expedicio adversus Turcum cum cruciata et indulgenciis, id est ut hosti Christi christianus exercitus committatur et impio carni-fici oves dominice mactande tradantur! Quam digna erit Romani pontificis exhortacio, si catholicos ad militandum sub heretico eciam per indulgenciarum concessionem invit-eret et cruciata indicatur pro illo adversus quem veluti fidei hostem et persecutorem fidei debet cruciata concedi! Sic honor deo dabitur, sic de hostibus fidei victoria spe-rabitur, si talibus peticionibus annuendum est! Igitur jam abiciamus arma Christi, manus demus in captivitatem, tradamus diabolo ordinacionem ewangelii, disposicionem Christi, majestatem dei, divine milicie sacramenta solvantur. Sed illud est plane ridiculum quod quasi magnum aliquid spopondisse videatur offerendo personam; pecuniam alendi exer-citus expetit, equitatum et peditatum validum postulat, victualia et commeatus, machi-nas et bellica instrumenta per nostram sollicitudinem nostrisque impendiis sibi trans-mitti petit et eciam hospicia per Hungariam a nobis wlt procurari; licet satis constet ipsum jam ita corpore esse dispositum ut inabilis sit ad pugnandum. Post hec ultra progreditur et sic spiritualia peciit, alteri filiorum heresis participi animas committi ita ad confovendam heresim continuandamque tirannidem, alteri filio wlt regnum Bohemie demandari et successorem regni constitui; querit ex venenata radice germen simile sibi producere. Verum infructuosa arbor juxta verbum domini salvatoris non propaganda est sed pocius succidenda et igne cremanda. Si quis in me non manserit, ait dominus in ewangelio, metetur foras sicut palmes et arescat et colligent eum et in ignem mitte-tur et ardet. Qua precepcione monita apostolica sedes juxta precursoris eloquium securim ad radicem arboris preparavit, quia omnis arbor que non facit fructum bonum excide-tur et in ignem mittetur. Non satis est Georgio sua astucia oppressis catholicis, de-ceptis episcopis qui ad coronandum accersiti fuerant et coram quibus heresim adjuravit regnum Bohemie occupasse, nisi et filium pari heresi et impietate astrictum faciat suc-cessorem, et id apostolice sedis auctoritate wlt effici, quasi liceat hereticum catholicis fidelibusque preficere, cum evidens divine legis testimonium in deutronomio refragetur, ut non alterius gentis homo rex fiat qui non sit ex fratribus nostris, quod sancti inter-pretes exponunt, ne de aliena secta et infidelis quisquam fidelibus preponatur.

Quodsi hereticum quemlibet secundum divina atque canonica instituta et predecessorum nostrorum exempla oportet regno et omni honore privari, quomodo nos hereticum et heretici filium in perfidia natum atque nutritum regem faceremus, quomodo illi innocentes homines atque catholicos traderemus? Nonne ingereretur nobis a domino quod per prophetam suum clamat et dicit: Ecce lac consumitis et lanis vos tegitis et quod crassum est interficatis et oves meas non pascitis, quod infirmatum est non confortatis, et quod male habuit non corroborastis, et quod tribulatum est non consolati estis, et quod errabat non revocastis, et quod periit non quesistis, et disperse sunt oves mee et facte sunt in comeduram omnibus bestiis agri, et non fuit qui inquireret neque evocaret. Quod certe impleretur in nobis, si proceres et barones regni Bohemie, viros fortes et strenuos et catholicos populos qui animos erexisse dicuntur non corroboraremus, si contribulatos et multis persecucionibus attritos orthodoxos illius regni non consolaremur, si tam diu per abrupta errantes oves non revocaremus, si easdem in comeduram bestiis agri, id est devorandas hereticis permitteremus, quod maxime faceremus, si eciam sequenti annueremus articulo, quo sub pretextu privilegiorum et immunitatis regi regno et ecclesiis concedendorum Georgium conservatorem ecclesiastici status constitueremus. Nova ista peticio, ut laicus quispiam et hereticus conservator detur ecclesie, presertim illi qui eam heresim sectatur et fovet, que ecclesiarum bona diripit atque proscriptit. Satis quoque intelligi potest, quo animo eciam illa petantur, que vel de juribus et bonis ecclesie Pragensis recuperandis vel de privilegiis ipsi ecclesie concedendis in duobus articulis continetur, cum filium suum archiepiscopum prefici, se conservatorem fieri contendat. Nam illud quod in extremis articulis ponitur, ut sibi deinceps tanquam catholico regi et filio ecclesie homagium prestetur atque fidelitas et de fructibus regni respondeatur, satis improbat Urbani II epistola decretalis inquiens: Juroto milites non debere heretico et excommunicato servire, qui si sacramenta pretendit, commonendi erunt subditi, oportere deo magis servire quam hominibus. Nam fidelitatem quam catholico principi debent, deo et ejus fidei adversanti et divina precepta calcanti nulla debent auctoritate persolvere. Constat namque Georgium qui apostotavit a fide et in notoriis prolapsus et relapsus est heresim spretum esse spiritus sancti iudicio. Sprevit, inquam, eum dominus, sicut sprevit Saulem transgressorem, ne regnaret in Israël; scidit dominus regnum ejus, ut tradat illud nobiliori et meliori. Cum autem divino munere rex catholicus fuerit datus in regno, quando heresis eliminata fuerit, tunc poterunt regni jura restitui, fines illius ad veteres terminos propagari, tunc Pragensis ecclesia in suis juribus et privilegiis restaurari, tunc merebitur civitas ipsa pontificali dignitate illustrari, tunc denique poterunt ab inclita Bohemorum gente adversus Turcos et inimicos Christi subsidia sperari, que in ultimo articulo jactat hereticus se posse prestare, dum dicit quadragesimum hominem in expedicionem educturum e regno, quod certe constat eum facere non posse, cum nunquam viri catholici illum secuturi sunt nec militatuli sub eo quem principalem hostem fidei esse cognoscunt. Et licet in principio capitulorum hec via quasi necessaria ad resistendum inimicis fidei proponatur, non tamen talibus ducibus aut defensoribus istud tempus eget, ut per hereticos atque

sacrilegos catholicam fidem tueri posse credamus, qui pocius iram ulcionemque divinam in populum timeremus, si talibus quasi diffidentes de eo muniremur auxiliis. Non desunt catholici principes qui fidem tueri, qui exercitibus prefici, in expedicionem proficisci possent. Nam quis princeps fidelis, quis Christi cultor, quis verus catholicus talem ducem sequi vellet quem fidelium consorcio indignum judicaret? Non est de dei misericordia desperandum, non videtur de tot regum et principum christianorum devocatione diffidendum, ut ad hereticum quasi unicum salutis presidium recurramus. Nos pridem ad expedicionem in Turcos animum nostrum studiumque convertimus nec laboribus nec Romane ecclesie pepercimus facultatibus, speramusque cum tuo et reliquorum catholicorum principum opere atque subsidio eorum furori resistere, protegente nos deo qui nunquam deseret sperantes in se. Absit ergo, ut tali pretextu succumbat et cedat ecclesia heretico, lux tenebris, fides perfidie, spes desperacioni, veritas mendacio, Christus Antichristo. Hec quidem, dilectissime fili, adversus articulos spiritu fervenciore protulimus, non ut nobilitati tue de missione eorum aliquid imputemus, quam certe credimus sincero zelo ecclesiastice unitatis et pacis ea que ex Bohemia ad te delata sunt ad nos sincero animo transmisisse; at vero nos zelari oportet pro domo domini, que est ecclesia dei viventis, columna et firmamentum veritatis; oportet nos, inquam, circumferre solitudinem omnium ecclesiarum, contra fidei hostes arma suspicere, loricam justicie et gladium verbi dei apprehendere, in quo possumus tela ignita nequissimi hostis extinguere et calciatos pedes in preparacione ewangelii pacis habere. Oportet insuper nos more fidelis servi propheticum illud implere: Prosequar inimicos meos et comprehendam illos et non convertar, donec deficiant. Recte, inquam, quoniam eodem propheta monemur dei hostes odisse, ipso dicente: Profecto odio oderam illos et inimici facti sunt michi. Te autem, devotissime fili, rogamus et obsecramus in domino, ut ipsius heretici fallacia blandimenta consorciaque declines. Licet enim existimemus prudenciam tuam satis monitam et sua vigilancia cautam, ut nec capi hereticorum venenis possit vel decipi, ex abundancia tamen vel sollicitudo nostra vel caritas ad te scribere suadet, ut nulla cum perfidis hereticis societate vel communione jungaris, sed tantum ab illis disjungere quantum sunt ipsi ab ecclesie unitate disjuncti, memor apostolici precepti, ut hereticum hominem post primam et alteram correccionem devites. Nulla enim societas fidei et perfidie esse potest. Nam cum Christo non est qui extra ecclesiam, qui unitati et paci ejus inimicus est, nec potest nec debet tibi ceterisque catholicis principibus religiosis coherere. Datum Rome apud s. Marcum aº inc. dom. MCCCCCLX quinto, VIII Idus Februarii, pont. n. aº II.

Esch. fol. 299<sup>b</sup>—303<sup>a</sup> mit der Ueberschrift: Responsio sequitur s<sup>mi</sup> domini n. ad litteras et oratorem Valentimum Pernbeck, doctorem et nuncium ducis Bavarie Ludvici, quem misit in facto Georgii ad sedem apostolicam plura persuadentem que colligi clare habent ex responso hoc. Paul II. sandte sie selbst nach Breslau mit einer besonderen Bulle vom 10. Februar, deren Schluss lautet: Et quoniam credimus ipsum Georgium solita astucia oblationes hujusmodi apud diversos principes jactaturum, erit studii et diligencie vestre ipsis principibus quibus expedire videbitur scriptorum nostrorum copias transmittere, ut ejus venena pestifera que serpunt ut cancer apostolice auctoritatis curentur antidoto.

Fol. 297<sup>b</sup>. Auch im Original Stadtarchiv CC 13<sup>a</sup>. Offenbar gleichzeitig damit kam auch n. 313 an, wie sich aus der Stellung im Manuscript ergibt, ebenso auch n. 317. Vgl. n. 320. Leider finden sich gerade aus dieser Zeit nur dürftige Excerpte aus Hankos Berichten bei Klose, vgl. n. 318. Aus der kurzen Notiz vom 6. December, worin er meldet, dass er den Inhalt des an diesem Tage erlassenen Breves (n. 310) durch Dr. Bernbeck erfahren habe, wird dessen Anwesenheit in Rom schon im Anfang December constatirt. Seine Ankunft fällt also mit der des Königlichen Briefes vom 21. October (n. 307) zusammen. Man hat wohl nicht mit Unrecht angenommen, dass seine Anträge ebenso von Martin Mayr ausgegangen sind, wie der Brief vom 21. October. That der König durch diesen dem Papste einen Schritt entgegen, so lielt er bei den bairischen Vorschlägen sich selbst vorläufig im Hintergrund. Bernbecks Anträge liegen in der Originalform nicht vor, sondern sind nur aus der päpstlichen Antwort zu entnehmen. Auf seiner Rückreise theilte Bernbeck Einiges davon dem Dekan Hertnid v. Stein mit, vgl. dessen Brief an Peter Knorr vom 22. März aus Bologna im Archiv für Kunde österr. Geschichtsq. VII (1851) S. 40. Carvalal spricht darüber in seiner Relation über den König Georg, früher bei Kaprinai II, jetzt Fontes rer. Austr. I, 7 S. 223, ed. Höfler. — Die vorstehende Bulle, aber eben nicht mehr, war schon Gemeiner bekannt.

## 317.

1466 Februar 27. Rome.

**Paul II. an den Legaten Bischof Rudolf.** Hebt den Befehl vom 6. Dec. (n. 310) auf und befiehlt ihm in Breslau zu bleiben.

Vgl. n. 303 N. Recepimus execucionem citacionis factam in locis debitiss contra Georgium occupatorem regni Bohemie. Intelleximus introitum tuum ad Wratislaviam et diligenciam quam ibi facere studes in rebus commissis, et quod populus ille non parvam consolacionem ex accessu tuo habuit, in omnibus laudantes diligenciam tuam. Committimus tibi et mandamus, quod non obstantibus quibuscumque litteris nostris quibus scripsimus quod festinares ad nos, ut ex te de his que ibi facta sunt et per te gesta pro negocio contra Georgium consumando cerciorem informacionem haberemus, remaneas in dicta civitate et facias pro conservacione ejus et consolacione illorum populorum omnia que videris expedire, prout deus cuius causa est tibi ministraverit. Nos enim intendimus deo favente perseverare, prout ipsis fidelibus asseruisti, et ipsum negocium consumare. Datum Rome apud s. Marcum sub annulo piscatoris die XXVII. Februarii 1466, pont. n. a<sup>o</sup> secundo. —

Esch. fol. 297<sup>b</sup>.

## 318.

1466 März 1 — Mai 20. Rom.

**Excerpte aus Hanko's Berichten an den Breslauer Rath.**

Am 1. März meldet er, was für eine ungnädige Antwort der Papst dem Gesandten des Herzogs Ludwig von Baiern Dr. Valentin (n. 316), ingleichen dem Ketzer (n. 313) gegeben, wie auch dass der Erzbischof von Creta in Rom angekommen (zurück aus Ungarn).

Am 7. März, dass der Papst dem Bischof von Lavant geschrieben, dass er in Breslau bleiben und nicht nach Rom kommen dürfe (n. 317), wie auch das Lob, das der Legat

dem Bischof Jodocus ertheilt. Dominus episcopus noster optimus est, consilio et auxilio nobis adest non solum simpliciter sed ardenter. Vgl. VII, 111.

Am 12. März. Er habe durch seine Klagen und durch die Cardinale den Papst dahin gebracht, dass er seinen Entschluss wegen des Bischofs von Lavant abgeändert (n. 317). Er wisse zuverlässig, dass S. Heiligkeit die Breslauer mit Schriften und Processen wider den Ketzer nicht verlassen werde. Was aber Geld beträfe, dazu habe man keine Ohren.

Am 28. März. Der Cardinal St. Angeli habe wegen der Unterstützung der böhmischen Barone (vgl. n. 314) mit ihm offenherzig gesprochen. *Isti domini Barones petunt pecunias a sede apostolica et tamen nunquam adhuc scripserunt domino nostro, quod se opponent huic heretico propter fidem catholicam.* Mittunt duntaxat aliquas copias confederacionis eorum in quibus nihil nisi de propriis eorum commoditatibus continetur. Si tamen apparebit ex re, quod pro tuicione fidei et auxilio et defensione Wratislavien-sium ac aliorum fidelium aliquod fecerint, ex tunc ecclesia Romana non tardabit illis pro sua possibilitate subvenire. Hoc credas de certo. Den Brief der Breslauer (n. 314 oder 315) habe er dem Papste am Sonntag Judica (23. März), als er aus der Kirche zu St. Marcus gegangen, in seine eigenen Hände gegeben. Die Breslauer sollten weder Friede noch irgend einen Aufschub annehmen.

Am 1. Mai. Er sei sehr erschrocken, da er den Brief wegen der Pilsener gelesen (vgl. VII, 112—114). Er habe ihn allen Cardinälen gewiesen, dass sie desto stärker bewegt werden sollten, dem Papst zu rathen, dass er nicht so viel fromme Christen um wenig Geldes willen verderben lasse. Er habe dabei viel gesagt und die Angst und Noth der Lande erzählt, damit der Ritter Thomas eine gute Antwort bekommen möchte (vgl. n. 314 Note). Er fürchte sehr, ihm werden Worte um Worte so wie gewöhnlich gegeben werden, ob er gleich nur 25000 Fl. verlange, welches für den römischen Stuhl eine geringe Summe sei. Die Breslauer sollten dem Erzbischof von Creta schreiben, der sich für sie viel Mühe gäbe, damit er nicht dächte, sie hätten ihn ganz vergessen, ingleichen dem Cardinal von Siena (Franz Piccolomini), dessen Wort für die Breslauer im Consistorio von Gewicht sei.

Am 20. Mai. Der Papst sei gesonnen die Privationssache wider den Ketzer mit ganzem Ernst zu verfolgen. Aber Geld von Rom nach Deutschland zu senden sei etwas Seltenes. Er hoffe, dass die zwei Abgeordneten der Pilsener nicht ganz ohne Hülfe nach Hause zurückkehren würden. (vgl. n. 324.)

319.

1466 März 29. Wratislavie.

Legat Bischof Rudolf befiehlt allen Bischöfen und übrigen Geistlichen Deutschlands, und besonders um Böhmen herum, in Sachsen, Brandenburg, Meissen, Thüringen, Hessen, Franken, Baiern, Oesterreich, Mähren und Schlesien, alle diejenigen, welche den König Georg gegen die von ihm Abgefallenen unterstützen, davon abzumahnen und im Falle des Ungehorsams als gebannt zu verkündigen.

... Cum, ut plurimorum informatione didicimus et nos ipsi verisimiliter presumimus, Georgius Podiebrat, pretensus Bohemie rex, contra quem s<sup>mns</sup> d. n. Paulus II etc. tamquam contra notorium hereticum et relapsum processum instituit et ad videndum se declarari dignitate regali et omni honore privatum eum dudum citari fecit, contra et adversus devotos et obedientes sedi apostolice . . . si jam a sua obedientia juste et sancte juxta mandata apostolica discesserint et discedere proponuntur et discedent, gentes armigeros colligere et colligi facere, exercitum et exercitus instituere, principes et alios ut sibi assistant invocare et occasione preteritarum confederationum cum eo tamquam pretenso rege Bohemie factarum requirere eosdemque devotos et fideles et eorum loca obsidere et circumvallare sive obsideri et circumvallari facere ac alias eos invadere, in plenam ditionem suam ac servitutem redigere et multipliciter per se et sibi adherentes auxiliumque prestantes vexare atque, si posset, penitus destruere proponat et intendat: Hinc est, quod nos . . . vobis omnibus et singulis in virtute s. obedientie et sub suspensione ab ingressu ecclesie, quoad vos dominos episcopos, et excommunicationis penis, quoad reliquos, precipimus et mandamus, quatenus vos . . . omnes et singulos . . . primo in genere publice in ambone et consequenter particulariter in personis quas intelligitis super adjutorio prestando vel stipendio multarum suscipiendo contra catholicum vel catholicos requisitos, per vos aut alios quos ad hoc deputabitis requiratis ac moniatis, quos et nos per presentes requirimus et monemus sub penis excommunicationis et sententie late et maledictionis eterne et damnationis perpetue, ne in favorem dicti Georgii pretensi regis de quaunque civitate dominio se ingerant aut sibi subjugare attentent neque auxilium consilium vel favorem per se vel per alium aut alios directe vel indirecte quovis quesito colore eidem pretenso regi notorio heretico contra catholicos quoscunque prestant nec arma sumant nec stipendia suscipiant, cum non liceat fideli ad instanciam heretici alium fidelem quovis pacto invadere vel turbare, etiam occasione confederationum preteritarum, quas s<sup>mns</sup> dominus n. per specialem bullam cassavit et declaravit eas amplius propter dicti Georgii heresim notoriam non esse servandas. Omnes autem in hujusmodi rebelles et contrafacientes tamquam fautores hereticorum et rebelles ecclesie et sedi apostolice declaravimus excommunicatos, quos etiam ut tales diebus dominicis et festivis in ambonibus parochialium ecclesiarum sub quibus degent, si commode fieri possit, alias in ambonibus vicinarum ecclesiarum, ut ad notitiam eorum devenire possit, denunciari faciatis, tamdiu et quousque resipiscant, et a s<sup>mo</sup> domino n. vel a nobis beneficium absolutionis

n. 311.

meruerint obtinere. D. Vratislavie in domo nostre solite residentie aº 1466 die sabbati ante dominicam Palmarum etc.

Andreas Berolt notarius de mandatis prefati Rudolfi etc. scripsit.

Ezechiel Opus miscell. III. n. 46. S. 597—610.

---

320.

1466 März 10 und Mai 2. Wratislavie.

Legat Bischof Rudolf gibt allen denen, welche den Ketzerrichter Gregor Heyncze (s. theol. prof., ord. praed.) mit Rath und Hülfe unterstützen, seinen Predigten beiwohnen und die von ihm auferlegten Eide leisten, einen vierzigtägigen Ablass.

Am 2. Mai befiehlt er dem Gr. Heyncze die Unterthanen der böhmischen Krone vom Gehorsam gegen Georg von Podiebrad abzumahnen und auf einer Rundreise die drei päpstlichen Bullen n. 311, 313 und 316 überall zur Kenntniss zu bringen. D. Wratislavie in domo solite residencie nostre etc.

Or. Staatsarchiv zu Breslau. Dominicaner n. 249. 250.

---

321.

1466 Mai. Rom.

A.

Paul II. ermahnt den Kaiser Friedrich III. zur Unterstützung des böhmischen Herrenbundes und im Besonderen der Stadt Pilsen.

Paulus papa II.

Carissimo in Christo filio nostro, Friderico Romanorum imperatori semper Augusto. Salutem etc. Notificavimus jam pridem tue celsitudini causas propter quas contra Georgium regni Bohemie occupatorem post multas dilaciones contemplacione tue serenitatis illi concessas processum instituimus et juxta sacrorum canonum statuta procedere decrevimus, quas quidem causas serenitatem tuam ex aliis nostris plene intellexisse non dubitamus. Nunc vero facti sumus cerciores, quod nonnulli regni illius catholici barones pertesi morum et iniquitatis ipsius Georgii illiusque tyrannicam in regno administracionem amplius ferre non valentes ab illius obedientia et ab impietatis ejus jugo collum substraxerunt, proponentes resistere tyrannidi dicti Georgii ac necessitatibus regni, quoad rex catholicus illi preficiatur, sueque et suorum subditorum saluti consulere deliberantes. Nos vero plurimum gavisi, quod baronibus ipsis talem mentem deus noster dederit, et ipsos et laudabile propositum eorum in domino plurimum commendavimus dignosque judicavimus pro tam laudabili intencione quibus et nos et hec sancta sedes, que fideles suos nunquam deserere consuevit, pariterque tua serenitas oportunis favoribus et subsidiis assistamus. Quapropter hortamur in domino et destricte precipiendo requiri mus sublimitatem tuam, cui ex debito imperialis dignitatis incumbit protegere fideles et

n. 300.

tutari, ut barones predictos reliquosque catholicos qui cum illis consenserint et presertim dilectos filios cives et communitatem Pilznensem, contra quos, ut accepimus, idem Georgius arma movit, pro dei honore et catholice fidei nostraque et apostolice sedis reverencia in hoc sancto proposito suscipes commendatos, eos omni opere et auxilio efficaciter adjuves et protegas illisque oportune defensioni presidio assistas nec eos a predicto Georgio opprimi paciaris, ne hereticus ipse maligni cogitatus compos termino citacionis contra se execute et apostolicis processibus pendentibus illos debellare possit. Ad suscipiendam autem eorum defensionem tum serenitatem tuam honor dei et zelus fidei et imperialis celsitudinis debitum inducere debeant, tum maxime impellere debebunt magna et gravia pericula que cunctis catholicis illarum parcium imminerent, si, quod deus avertat, Georgius prefatos barones ipsos vel opprimeret vel ita attereret, ut tue serenitati in execuzione apostolice sentencie assistere non possent. Nam illud eciam incommodum inde succederet damnosissimum, quod Georgius ipse hereticus, qui hactenus catholicis omnibus semper infestus fuit et Hussitarum heresim damnabiliter fovit et propagavit, si barones ipsos subegerit, profecto in majorem superbiam evaderet et cornua acerbitatis sue magis magisque erigeret ac in omnes catholicos persertim sibi vicinos passim seviret, quod sine fidei discrimine nostroque et tue serenitatis dispendio fieri non posset. Erit igitur officii tue celsitudinis totis viribus precavere, ne Georgius iniquum propositum suum adimpleat, sed avertatur ejus impietas a fidelibus et dampnabilis cupiditas subigendi eos reprimatur, quod facile erit, si tua sublimitas ei resistet, pro quo singularem a domino graciam cum magna nominis tui laude consequeris. Datum.

Esch. fol. 306<sup>a-b</sup>. Dasselbe Breve gieng auch an den König von Polen, den Herzog Ludwig v. Baieren, die beiden Markgrafen von Brandenburg, die Bischöfe von Bamberg und Regensburg. Ein fast gleichlautendes an die Nürnberger fol. 307<sup>a</sup>. Die Schreiben kamen etwa Ende Juni in Breslau an, wie sich aus ihrer Stellung im Manuscript ergiebt; sie sind als die Antwort auf Dobrohost's Sendung anzusehen; ein directes Schreiben des Papstes an den Herrenbund liegt nicht vor.

## B.

Derselbe an Herzog Ernst von Sachsen, ebenso an H. Albrecht. Tadel über sein Verfahren gegen Heinrich von Plauen und Befehl diesen wieder einzusetzen und vom König Georg abzutreten.

Dilecte fili, salutem. Audientes nuper relationibus quorundam fidedignorum nobilitatem tuam per hereticum illum Georgium qui se Bohemie regem nominat, perversis machinacionibus suis inductam dilectum filium, nobilem virum Heinricum de Plauen, baronem catholicum, diffidasse et ab eo opidum cum castro suo Plauen potenti manu devicisse, adeo quod vix in persona aufugerit, non potuimus admirari et credere satis id a te instigante heretico factum, cum te fidelissimum semper ac devotissimum et obedientem huic sancte sedi apostolice exhibueris ac glorie et virtutum progenitorum tuorum, qui ut catholici principes strenue pro fide pugnaverunt ac mandata s. R. ecclesie et predicte sedis cum omni reverencia ferventissime observarunt, imitatorem te sepe ostend-

deris, contigisse autem magis ex aliqua alia particulari causa tua censuimus; profecto tamen doluimus ac non immerito dolemus id factum a te, utrumque sit, maxime hoc tam periculo tempore quo hereticus ille non aliud studet et querit quam simulato spiritu catholicos omnes maxime sibi vicinos sua damnata heresi maculare ac eorum civitates opida castra et loca suo subjecere imperio. Unde cum res ipsa, ut prudenter considerare potes, in grave periculum reliquis catholicis cedere possit, divine vocis oraculo monemus districcius nobilitatem tuam atque requirimus tibique sub anathematis intimacione ac obtestacione divini judicii, lata quoque sententia interdicti ecclesiastici per singula loca dominiorum tuorum districtissime observandi precipimus et mandamus, ut veluti catholicus princeps deum pre oculis habens ac saluti tue pariter et honori consulens ab omni commercio prefati heretici et perniciosa et indigna familiaritate ejusdem abstineas, cum eo nullum fedus ineas, sed preclari tui nominis memor nobilissimam familiam tuam que virtute et gloria plurimum claruit, sicut hactenus dicti tui progenitores, ita nunc et tu eorum vestigia preclaris virtutibus sequens a tam insigni labe custodias, ad delendam Hussitarum heresim fortiter assurgas et apostolicorum processuum contra ipsum Georgium te intrepidum executorem ostendas, necnon baronem prefatum ad opidum suum et castrum, eciam bona ablata sibi integre restituas ac restitui facias et pro- cures, ipsumque adversus illum hereticum animatum benigno favore et auxilio prosequaris, ut tuo exemplo in eum eciam reliqui catholici fervencius animentur et de assisten- cia gavisi forciores audacia fiant et cum omni habilitate sua perseverent. Si autem rationabilis et particularis causa aliqua adversus dictum baronem tue nobilitati est, faciemus tibi per venerabilem fratrem Rudolfum Lavantinum, in illis partibus oratorem nostrum, aut alium non suspectum judicem quem eligendum duxeris, expeditam justiciam ministrari. Accipe ergo, dilecte fili, monita et mandata hujusmodi nostra in te amore paterno collata, quibus si te, ut confidimus de nobilitate tua, obtemperabis. facies rem gratam in primis omnipotenti deo ac nobis et sedi predicte plurimum acceptam nec non preclaro nomini tuo convenientem, pro quo eciam ultra premium quod a deo maximum debes expectare magnam in hoc seculo gloriam et honorem dignissimum conqueriris nosque proinde et sedem predictam in quibusvis honorem et commodum tuum concer- nentibus favorabiles reddes et invenies ad graciam prompctiores. Datum.

Esch. fol. 305<sup>b</sup>. Vgl. VII, 116. Fast mit denselben Worten mutatis mutandis mahnt ein anderes Schreibēn den Kaiser, den Herzog Wilhelm von Sachsen, den Bischof von Meissen etc. (etc. et alias ibidem prelatos), dass sie den Herzog Ernst von Sachsen von der Befehlung des Herrn Heinrich von Plauen abhalten sollen. Fol. 306<sup>b</sup>. Von dem ersten Schreiben enthält das Dresdner Archiv nur eine deutsche Uebersetzung, ebenfalls undatiert und zum Theil abgedruckt bei Jordan das Königthum Georgs von Podiebrad S. 266, und im Auszuge bei v. Langenn Herzog Albrecht der Beherzte S. 52.

## C.

Wohl aus derselben Zeit datiert ein Schreiben des Papstes an Heinrich v. Plauen, worin es nach der Einleitung heisst: Quocirca presentibus tibi significamus, quod cau- sam tue questionis, cuius dilatio licet gravis tibi sit, ne tamen dux ipse contra nos ali-

quam precipitationis seu gravaminis materiam pretendere possit, venerabili fratri N. juris ordine tractandam et cum maturitate examinandam commisimus. Deliberavimus autem rebus tuis potius conducere, ut primum pacis modi tententur ac mediis integrorum [vicinorum?] vestrorum, videlicet venerabilis fratris nostri episcopi Eystetensis ac dilecti filii marchionis Brandenburgensis, quibus nostris litteris id faciendum commisimus, tota sollicitudine laboretur, si forte differentia vestra hujusmodi mansuetudine vestrorum aut quorumcunque tractatum seu amicorum studio tolli possit, quemadmodum presentes intercluse tibi copie monstrabunt. Hortamus igitur te in domino, quatenus illarum effectui rationabiliter parere et hujusmodi pacis vias amplecti studeas nec dictorum mediatorum arbitramenta, quantum equitas suadebit, declines. Si vero dictus Ernestus dux aliter quam par erit in his se gesserit, faciemus contra ipsum expeditam tibi justitiam ministrari. Datum etc.

Ezechiel Opus miscell. III, n. 48. Ich schliesse hier gleich an, dass Paul II. durch eine Bulle vom 3. Januar 1467 auf Grund der Klagen Heinrichs von Plauen, darunter auch die war, dass der Herzog die Herrn Heinrich gehörige Kirche zur h. Maria in Schonberg verbrannt und zerstört habe, den Legaten Bischof Rudolf zum Richter ernannt. Am 24. November 1467 lässt der Legat auf den Antrag von Mag. Nicolaus Bretzel, consistorii causarum Wrat. procurator und von Herrn Heinrichs Procurator, durch ein offenes an den Thüren der Cathedralkirchen zu Breslau, Merseburg und Meissen anzuschlagendes Edict den Herzog und andere in der Sache etwa Mitbeteiligte binnen 40 Tagen vor sein Gericht nach Breslau, in Person oder durch ihre Anwälte citieren. — Ezechiel V n. 5, p. 143—162. Die päpstliche Urkunde als Transsumpt in der des Legaten. — Hiervon findet sich weder bei Langenn noch Jordan Erwähnung. Vgl. noch n. 384.

## 322.

1466 Mai 9.

Der Breslauer Rath dankt dem Papst für die Belassung des Legaten in Breslau, schildert den Stand der Dinge als günstig und fordert zur Weiterführung der Processe auf.

n. 315. S<sup>me</sup> p. etc. Dedimus novissime v. s<sup>ti</sup> litteras nostras satis querelosas et lamentis  
 n. 317. plenas de revocatione rev<sup>mi</sup> d. Lavantini, quam pro salute populi immutatam pridem  
 n. 313 u. 316. intelleximus ac alia vidimus que s<sup>tas</sup> v. heretico respondit et cuidam principi pro illo  
 laboranti. Converse sunt tristicie nostre in gaudium, sic sencientes v. s<sup>tem</sup> pro salute  
 commissi gregis clementissime invigilare, agimus gracias humilimas et quas possumus  
 devotissimas cum lacrimis et in terram prostratis vultibus eidem s<sup>ti</sup> v. Placet enim  
 nobis cordialiter prefati rev<sup>mi</sup> d. Lavantini stabilicio, que profecto necessaria est bene  
 gerendis rebus, cum s. rev<sup>ma</sup> dominacio illis sic presit fideliter, ut procul dubio nisi hono-  
 rem v. s<sup>ti</sup> et commodum religioni catholice procuraturus est. Confert enim prudencia  
 sua et sermonis lingue quoque conformitas in plebe magnam partem salutis, pro qua  
 facienda ocia procul abicit et in horas labores assumit, qui necessario fieri habent per  
 totum hoc regnum, concipiendo scribendo avisando informando hortando minando et  
 mandando nomine v. s<sup>ti</sup>, docendo quoque populum in ambone viam veritatis ambulare,  
 quod plurimum hereticum confundit ac pungit, ut ideoque s. rev<sup>me</sup> dominicacioni mul-

tum calumnietur cum fautoribus suis qui student honori suo detrahere, ymmo populo plura mendacia suggerunt, quomodo in Wratislavia bursam pecuniis impleat, ad nutum Wratislaviensium scripta dicit<sup>1)</sup>). Inducuntur eciam homines, ut mandatis suis non obtemperent revocationem allegantes, gracia tamen altissimi non proficiunt, magis creditur legato vicarii Ihesu Christi quam fallacissimis suggestionibus heretici; vadunt de gracia dei bene negocia, ut non dubitemus, si v. s<sup>tas</sup> inceptis finem dederit privacionis nulla intermissa suspensione, cuncta pro honore dei et fidei salute succendent. Et si aliqui sint, ut intelligimus, qui sic coram v. s<sup>te</sup> obloquantur, quomodo s. rev<sup>ma</sup> dominacio pecuniis insudaret, sciat v. s<sup>tas</sup> in veritate omnino mundam esse s. rev<sup>mam</sup> paternitatem et nec illas suscepisse nec recipere velle; calumniatur igitur ab hereticis et a talibus persequitur emulis deo teste penitus innocenter. Dietas facit hereticus plures, nunc unam cum dominis baronibus de liga tenet in Rawdnicz cui interest rev<sup>mua</sup> dominus noster episcopus, in cuius reditu que tractata sunt v. s<sup>ti</sup> significabuntur; aliam dietam pro isto festo ascensionis domini habiturus est in Brunna cuius tractatus eciam non latebunt v. s<sup>tem</sup>. Pilznenses contra quos gravia bella movit eum multum confundunt, secundis successibus pugnant et in dies fortificantur. Igitur, b<sup>me</sup> d., devotissime et humilime rogamus s<sup>tem</sup> v., quatenus dignetur in his rebus viriliter procedere et nullo respectu dilaciones admittere, quemadmodum omnes fideles regnicole ex corde cupiunt, rev<sup>mo</sup> eciam domino legato predicto potencia auctoritate et gracia assistere et cetera que pro destruccione tanti superbissimi heretici utilia sunt et immense sapiencie v. s<sup>ti</sup> expedire videbuntur, prosequi in perpetuum sui nominis honorem et maximam utilitatem christiane religionis. Rev<sup>mum</sup> d. Lavantinum, patrem et dominum nostrum colendissimum, quem majores et minores hujus regni fideles diligunt et venerantur, sua quoque doctrina ducuntur, et nos humiliter recommendamus misericordie v. s<sup>ti</sup>, que valeat prospera et sane et conservetur feliciter victura longo evo pro statu ecclesie et fidei necessitate. Datum IX die Maji a<sup>o</sup> etc. LXVI<sup>to</sup>. —

15. Mai.

Esch. 303<sup>a-b</sup>. Von einem Tage zu Brünn am 15. Mai finden sich sonst keine Nachrichten. Der Bericht über die Verhandlungen in Raudnitz und Prag in den Urk. Beitr. n. 354 ist nicht ganz vollständig, einen vollständigeren Text gibt Riedel Cod. dipl. Brand. III, 1. n. 279.

## 323.

1466 Mai 26.

Der Breslauer Rath an den Papst: es habe sich durch den Raudnitzer Tag allerdings gezeigt, dass auf die Fürsten und Herren kein Verlass sei, der Papst möge sich aber an das gläubige Volk wenden, das seiner Pflicht gegen die Kirche getreu sein werde.

S<sup>me</sup> p. etc. Significavimus proxime v. s<sup>ti</sup> dietam quam Girsicus cum nobilibus baronibus tenuit in Raudnitz; cui rev<sup>dus</sup> p. episcopus Wratislaviensis adfuit, qui reversus qualitatem illius declaravit, sicut v. s<sup>tas</sup> in litteris rev<sup>mi</sup> d. Lavantini clare intelliget.

n. 322.

1) Vgl. hierzu Urk. Beitr. n. 353 u. 359.

Sunt profecto ingenia Girsici adeo dolosa inhumanaque, ut ligam baronum pro parte dissolvit, sunt quoque adeo contagiosa et pestilentica, ut eciam multos principes, in Slesia omnes, plures in Almania majores, ad suam proh dolor partem retraxit, ei addicentes auxilium contra quemcunque ipsum molestantem prestituros. Quid igitur ab inicio fidei catholice periculosius unquam fuit isto heretico qui illos captavit benivolos et adhesores sue perfidie, contra quam genitores et progenitores eorum sanguinem liberaliter et strenue non formidarunt effundere? Sane si sic dimissus diucius hie fuerit leo, suo rugitu attrahet cunctos qui pro defensione ecclesie gladium ferunt, quorum plures sic infecit, ut non pro ecclesia sed contra eam gladium student vibrare. Censuram minime advertere et redditus spirituales clero negare, notissima hec in Slesia sunt et in horas invalescant in aliis provinciis, venenum suum effusum est, multorum constantissimorum virorum animi cussi sunt, doctissimi fluctuant et diversarum gravitatibus qua-ciuntur opinionum, ymmo qui zelo fidei et gracia et sapientia dei fulciti sunt, ex premissis et aliis que in dies fiunt periculositatibus inferunt et dicunt, nisi v. s<sup>tas</sup> tam sancta tamque salubria incepta viriliter prosequatur, Hussitica heresis sic tandem confundet honorem sancte sedis apostolice, ut vix paucissimi nedum in hoc regno sed in multis aliis provinciis illius et v. s<sup>tas</sup> reperientur cultores. Nam postquam in plebeum populum venenum hujus heretici stillaverit, sicut in sublimes homines fusum est, non erit s. R. ecclesie ulla reverencia et obediencia; id autem omnipotens deus nunquam permittet, non enim extinguetur in plebe hoc divinum fidei lumen quod in majoribus valde obfuscatum est. Ergo, b<sup>m</sup>e d., non deficiat in aliqua parte nec dubitet animus v. s<sup>tas</sup>. Elegit enim deus infirma, ut forcia confundat; prosequatur b<sup>d</sup>e v. ea que per reverendissimos dominos commissarios incepta sunt, privetur privandus, condeunetur condemnandus et omnino ex fidelium consorcio ejiciatur ejiciendus, et fiant huic rev<sup>mo</sup> d. Lavantino, aptissimo his rebus et in quem oculi multorum magnatorum et plebis respiciunt confidenter, necessarie commissions cum plena potestate, et videbit v. s<sup>tas</sup> dudum desiderata procedere in effectum; licet principes, in quibus juxta prophetam non est salus, a vicario Christi declinare aperte videantur, tamen subditi eorum civitates urbes opida villani quoque in omnem eventum nutu suorum principum a mandatis v. s<sup>tas</sup> non recedent, sed pocius principes quos mestissimo corde socios hereticorum latronumque cernunt cum eisdem in perdicionem et destrucionem persequentur. Nec ambigat s<sup>tas</sup> v., si hereticus privatus condemnatus anathematizatus et crux in eum predicata et alia viriliter sine dilacionibus aut suspensionibus interveniendis aggressa fuerint, que sancta sedes apostolica sine gravamine magno potens est facere, faciliter thesauri et bellatores colligentur numerosi, quibus hereticus non solum corrigetur sed eciam cum omnibus hereticis suis atque fautoribus, si eeiam multo plures haberet, breviter in favillam redigetur. Quomodo enim chorus martirum absque sanguinis effusione pro fidei exaltacione augmentandus est. Oportet per tribulaciones regnum dei adipisci, populus quippe fidem Christi gerit, plebs legem immortalis dei defensura est, que illius obprobrium multum non dimittet, qui ejus probra delevit; scit enim, quod in religione divina committitur in omnium fertur injuriam. Nec poterunt illi principes qui mali christiani dici erubescunt

et tamen sunt velle suum implere, optime dispositus est populus in universo et ad mandata v. s<sup>tiis</sup> contra hos hereticos quos perniciores et inhumaniores fidei hostes Turcis noscit, sitibunde anhelat bellum. Hec v. s<sup>tiis</sup> fideli scribimus devocione et facti experientiam habentes, ea que sentimus pro rerum istarum felici exitu proponimus v. s<sup>tiis</sup> judicio cuncta submittentes. B<sup>me</sup> p., quia pacatis rebus Girsiei in Bohemia contra nos vertit sua studia, proclaimari per totum regnum statuit exercitus, et ut avisati sumus, indubie coram ista urbe brevi ducturus est. Ideo humilime petimus, dignetur v. s<sup>tas</sup> nostre defensioni sicuti hactenus paterne et misericorditer intendere, nullum aliud nobis sub-sidium nisi apud v. s<sup>tem</sup>, faciemus enim auxilio dei que nobis possibilia sunt pro fidei salute. Valeat itaque v. s<sup>tas</sup> felicissime pro nostra et tocius christiane religionis conservacione ad laudem dei et ecclesie sue sancte exaltacionem longe et sane victura. Datum die Lune XXVI Maji in festivitatibus penthecostes, a<sup>o</sup> d. 1466.

Esch. fol. 304<sup>a-b</sup>.

### 324.

1466 Ende Mai. Rom.

Papst Paul II. fordert den Herrenbund auf, die Stadt Pilsen, die sich im Vertrauen auf das Vorgehen der Herren gegen den Ketzer erhoben habe, zu unterstützen, wie auch er, der Papst, trotz der Bedrängniss des heiligen Stuhles, nicht nur mit geistlicher sondern auch weltlicher Hülfe sie getröstet habe (eosdem pro nostra possibilitate non-nullis auxiliis temporalibus consolati sumus). O. D.

Esch. fol. 309<sup>b</sup>. Vgl. n. 318 (20. Mai). Das Schreiben ist wohl gleichzeitig mit Urk. Beitr. n. 356, welches an alle christlichen Städte Mährens gerichtet war. Es steht ebenso wie n. 357 bei Esch. fol. 310<sup>a-b</sup>. Vgl. auch n. 358.

---

### 325.

1466. Juni 16.

Der Breslauer Rath berichtet an den Papst über eine sächsische Intervention zu Gunsten Georgs in Breslau beim Legaten und beim Rath.

S<sup>me</sup> p. etc. Debemus quidem in re ista fidei que geruntur et fiunt s<sup>ti</sup> vestre manifestare, ut sciat providere et ordinare que fidelium expedient saluti. Multi principes nobiles et communitates hujus regni et aliarum provinciarum et presertim illustres principes et domini, domini Ernestus sacri imperii archimarscaleus, Wilhelmus et Albertus fratres et patrui, duces Saxonie, marggravii Misne ac lantgravii Toringie, miserunt suos principaliores consiliarios et oratores in magna comitiva hac ac rev<sup>num</sup> d. Rudolfum episcopum Lavantinum, qui sue rev<sup>me</sup> paternitati in primis diebus hujus mensis commissa perorarunt, et que illa sint non ambigimus v. s<sup>tas</sup> litteris sue rev<sup>me</sup> paternitatis clarius intelliget. Cujus tanta est diligencia que non parum gloriam v. s<sup>tiis</sup> et honorem christianorum in dies exaltat, preest enim sua rev<sup>ma</sup> paternitas rebus istis utilissime et adeo provide ac solcite pro salute fidei, ut profecto non expediret rebus, si, quemadmodum desiderat, solveretur ab illis, propter sapienciam et experienciam, propter quoque sermonem quo populum reddit

benivolum ac obedientem tenet. Hujusmodi oratores prefati postea coram consulatu nostro venerunt in hanc sentenciam nobis loquentes: Viri Wratislavienses, inquiunt, missi sumus ad rev<sup>mam</sup> d. episcopum Lavantinum, sancte sedis apostolice legatum in hac urbe vestra constitutum, cui legacionem nostram proposuimus, et quid nobis respondit in presencia certorum prelatorum et virorum doctorum scimus, sed non videmus suam paternitatem votis nostris et dominorum nostrorum desideriis posse morem gerere. Et ut vos Wratislavienses scire poteritis bonam mentem dominorum nostrorum semper catholice vivere volencium, visum nobis fuit eciam consulatui vestro illam declarare. Gerunt enim principes et domini nostri graciam benivolenciam et amiciciam ad vos et vestros ac pacem et concordiam terrarum ubique promovere desiderant ac cedes bella populorumque ruinas pro toto posse auferre conantur, et quia manifestum est que gesta sunt a Bohemis superioribus annis in destruccionem multarum terrarum, oportet timere, ne iterum consimilia fiant, cum nunc Bohemi non impotenciores sint quam tunc fuerunt; bene stant regnum Bohemie et provincie adjacentes ei et bona pace fruuntur. Ideo domini nostri non libenter viderent illam disrumpi et suas terras et dominia iterum destrui, que parumper pristinis calamitatibus abjectis respirarunt, cuperentque, ut sanctissimus dominus noster cum rege Bohemie alium assumeret revocandi modum et per inducias et media apta tentaret errantes reducere, qui subito violenter aut austeritate non sunt compellendi. Propterea volunt domini nostri ad suam sanctitatem oratores mittere et apud plures principes consanguineos et affines coram instare, et principaliter serenissimum dominum Romanorum imperatorem in propria persona unius ex prefatis principibus et dominis nostris visitare, ut sua serenitas suos mittet qui omnes conjunctim sue sanctitati modum et viam reducendi perditam ovem proponent, pericula et defectus declarabunt. Nec diffidunt domini nostri, quin sua sanctitas tot et tantorum principum consiliis votis et precibus acquiescat et scripsit et petitionibus multarum communitatum sub rege persistencium non denegabit assensum. Ita et vos Wratislavienses consulere debetis ad pacem et tranquillitatem terrarum corda vestra decet verti, hortabimini quoque a dominis nostris, ut consimilia scripta sanctissimo domino nostro in hanc partem sitis daturi. B<sup>me</sup> d., ad hujusmodi sentenciam multa persuaserunt, allegantes affinitatem et confederacionem principum suorum et ipsius Georgii tempore quo christianus rex credebatur initas et percussas difficilime resolvendas, attamen obedienciam v. s<sup>tis</sup> et sancte sedis apostolice in omnibus anteposuerunt. Responsum breve a nobis habuerunt, istud velle et optare pacem et nichil facere absque informacione v. s<sup>tis</sup> in ista causa que fidei est et a nullo nisi vicario Christi discernenda et judicanda, nam ipsa s<sup>tas</sup> v. loco dei in terris constituta nichil mali, nichil impii nichilque inutilitatis factura sit, sed in omnibus que honorem dei et fidei augmentum aut eciam pacem patrie atque nostram concernunt paterne procurabit. Per hec v. s<sup>tas</sup> clare cognoscet hunc hominem perfidum non dormire, non quiescere, sed undique sibi amicos facere, venenum suum diffundere, decipere et intendere, ut tandem sue intencionis compos fiat. quod omnipotens deus avertat. Quapropter plures et innumeri viri eciam doctissimi spirituales et seculares terrore percussi sunt de hujuscemodi principum assistencia difficultante harum execucionem rerum, variasque procedendi habent opiniones, quas pre-

fatus rev<sup>mis</sup> d. Lavantinus v. s<sup>ti</sup> significabit et immense sapiencie sue submittet dirigen-das. Nos vero non dubitamus, si et postquam tales oratores ad v. s<sup>tem</sup> venerint, et quidquid cum eis concluderit, nostri et aliorum fidelium non obliviscetur, sed misericor-diter et paterne paci et conservacioni nostris invigilabit, quoniam certi sumus Girsicum hunc velle nos invadere per malos homines fratres, alias Zebracos dictos, quos collegit et conduxit in destruccionem nostram. Non igitur deserat sed teneat hanc urbem que spina est in oculis hereticorum v. s<sup>tas</sup>, quam altissimus feliciter et longe victuram con-servet et dirigat pro honore et consolacione tocius christianitatis. Datum die Lune XVI mensis Junii, a<sup>o</sup> etc. LXVI<sup>to</sup>. VII. 117.

Esch. fol. 304<sup>b</sup>—305<sup>a</sup>. Die von sächsischer Seite an den Legaten gebrachten Anträge bei Jordan Das Königthum Georgs von Podiebrad, Anhang S. 435—442. In Betreff der an den Papst zu schickenden Gesandten, resp. Schreiben vgl. n. 333.

## 326.

1466 Juni.

Der Breslauer Rath bittet den Papst das dem Olmützer Rath verliehene Privilegium zur Errichtung einer besonderen Stadtschule gegen die Anfechtung des Bischofs aufrechtzuerhalten.

S<sup>me</sup> p. etc. Honestissimi cives Olomuncenses quandam differenciam cum suo reve-rendo episcopo et clero habentes ex parte scole quam pro eorum necessitate a v. s<sup>te</sup> de novo erigendam obtinuerunt, de qua v. s<sup>ti</sup> perimmenas graciarum referunt acciones, et tanto devocius quanto necessarius habent eandem. Miserunt certos ex consulatu ad reverendum dominum Lavantinum pro sedanda differencia, quorum in via et itinere per latrones miserabiliter occisi sunt unus consulum cum sex famulis et maximis damnis affecti in rebus et personis et pluribus letali wlneracione semivivis relictis, nos quoque rogarunt, ut pro obtencione tanti privilegii et gracie concesse apud v. s<sup>tem</sup> preces nos-tras funderemus et declararemus necessitatem quam pro scola in civitate habenda paci-untur. Nos, b<sup>me</sup> d., pro ipsis Olomuncensibus civibus, optimis amicis et fautoribus nos-tris, sincere loquimur et in veritate dicimus, quod eadem egregia et famosa urbs Olomuncz propter amplitudinem suam hueusque magnum defectum passa est in scola quam non habuerunt hactenus nisi in summo, et ex justa et sancta ratione moti sunt in honorem et commodum suum et filiorum suorum tantam graciam a v. s<sup>te</sup> impetrare. Nam tanta celebris civitas in parochiali ecclesia in quibuscumque festivitatibus nisi per paucos sacerdotes divina et cantus celebrat circuitusque facit et processiones absque scolaribus diformes. Distat enim Olomuncensis ecclesia cui adjacet scola longo passu a commu-nitate, ut certe pericula et precipue hiemis tempore puerulis frigora accident offensiva. Propterea nobis non videtur esse commodum et oportunum, ut speciali careant ginnasio in civitate pro filiolis eorum. Eciā cum tanta famosissima urbs solum unam scolam habere debet, censendum est propter pressuram et scolarium multitudinem de facili illis accidere pericula pestes infirmitates rixas et diversos contagiosos morbos. Si quidem in nostra civitate una dumtaxat esset scola, non valeret neque expediret filiis nostris;

habemus octo hujusmodi particularia<sup>1)</sup> et vix sufficiunt pro juvenibus filiis et advenis. Verum cum intelligamus eosdem cives per eandem scolam nichil velle justicie capitulo aut ecclesie Olomuncensi detrahere, sed prelato ad quem spectat scolastico illius dispositionem relinquere, solum honorem dei et sue parochialis ecclesie ornamentum in cantando celebrandoque divina desiderio cupere et anhelare ac filiorum commoditatem proinde querere, movemur hec scripta pio respectu tanquam rationi consona pro bonis nostris amicis v. s<sup>ti</sup> porrigere. Profecto si due scole in tam magna et pulcherrima urbe fuerint, neutra scolaribus carebit; ambe copiam illorum habebunt. Sunt eciam alie cause quas veras esse scimus et manifestas, ob quas non expediret saluti urbis et presertim huic communi cause fidei juxta rerum qualitatem, si bulla v. s<sup>ti</sup> et gracia Olomuncensibus pro nova scola data debet cassari. Ecce, b<sup>me</sup> p., quia episcopus cives excommunicavit, obloquuntur heretici qui innumeri sunt in territorio Olomuncensi circum quaque morantes et diversis cachinacionibus subsonant expresse dicentes: Videte, papa dedit Olomuncensibus bullam cui episcopus et clerus nolunt obedire, sed excommunicavit cives et papam; maledicunt nobis, quando hujusmodi bullas refutamus — et aliis ludibriis auctoritatem v. s<sup>ti</sup> plurimum conviantur. Ideoque si eciam ipsi cives mala narracione, quod non credimus, graciam v. s<sup>ti</sup> impetrassent, non expediret illam revocari. Allegabunt et alias plures causas propter quas scola ipsis necessaria est pro honore et utilitate civitatis, que eciam in nullius prejudicium, ut asserunt, vergere potest. Sepe contingit sacerdotem in altari constitutum et missam volentem perfidere propter defectum scolarium aut ministrancium non posse. Item plures infirmi moriuntur absque sacramento divinissimi corporis Christi propter scolarium distanciam, qui adesse requiruntur ad conducendum sacramissimum corpus domini nostri cum cantu, qui antequam advocantur, infirmi moriuntur, et si semel assunt, decem vicibus absunt, per quod non satisfit institucioni solemni que ad hoc cum pluribus censibus et redditibus est ordinata. Nichilominus census recipiuntur, sed quod pro illis fieri deberet ad honorem vivifici corporis Christi salvatoris nostri obmittitur. Ideoque, b<sup>me</sup> d., dignetur v. s<sup>ti</sup> ipsis Olomuncensibus pro tam manifesta eorum necessitate et defectu misericorditer compati et eos in data gracia que sancta est clementissime conservare et tantum honorem ac utilitatem precipue ob respectum nunc currentium rerum ipsi urbi in eternam memoriam v. s<sup>ti</sup> attribuere et alias congruo modo differencias illas componere gracie. Satis et lugubriter propter illas ipsi cives jam offensi sunt et, ut diximus, damnis gravissimis affecti, prestanciorem virum, virum quippe catholicum et hereticis durissimum malleum, perdiderunt. Si Olomuncenses in hoc pio eorum desiderio, quemadmodum speramus, a v. s<sup>te</sup> intencionem consequentur, non ambigimus, ipsi paraciores erunt ad obedienciam

---

<sup>1)</sup> Klose nimmt diese Angabe in seine Darstellung der innern Verhältnisse Breslaus im 15. Jahrh., Scriptores III, 309 auf, doch finden sich sonst bei ihm mit Einschluss der Domschule nur 7 Schulen erwähnt. Die descriptio Vratislaviae des Barth. Sthenus (ed. Kunisch, Progr. des Friedrichs-Gymn. 1832) p. 19 spricht auch nur von sechs nicht einmal namentlich aufgeführten.

et mandata v. s<sup>tiis</sup> contra hereticos omnia bona facturi. Omnipotens deus tueatur et conservet v. s<sup>tem</sup> longo evo feliciter recturam pro unica nostra consolacione. Datum in mense Junii (1466).

Esch. fol. 307<sup>b</sup>—308<sup>a</sup>. In n. 327 u. 351 kommt der Rath auf einmal darauf zurück.

327.

1466 Juli 13.—18.

Der Breslauer Rath an den Papst. Bericht über die drohende Haltung des Königs. Verwendung für die Olmützer Schule. Nachschrift in Betreff des Vincenzklosters.

S<sup>me</sup> p. etc. Quamvis non opus esset ut v. s<sup>tem</sup> de agendis rebus istis fidei nostris scriptis ceriorem faceremus, cum adsit rev<sup>mua</sup> d. Lavantinus invigilans sua maxima diligentia et prudencia commissis ac faciens v. s<sup>ti</sup> super illis continuam declaracionem, ex qua in presenceiarum iteram intelliget, quomodo nunc temporis vadant hec negotia, et quare hunc cursorem nostrum sua rev<sup>ma</sup> dominacio miserit in Hungariam pro habenda littera juramenti<sup>1)</sup> quam pro execucione feliciori rerum valde necessariam autumamus, qualiterque quidam sedicionis et tocius pestilencie doctor seminatori heresis conjunctus sit in Praga<sup>2)</sup>, et alia que nonnulli probissimi et fidelissimi barones Bohemie communitesque Lusacie persuaserint, et que sua rev<sup>ma</sup> dominacio super dupli via cum eis contulerit<sup>3)</sup>, litteris sue rev<sup>me</sup> dominacionis ad quas mentem nostram referimus clarius intelliget v. s<sup>taes</sup>. Nichilominus ob rerum gravitatem et ne coram s<sup>te</sup> v. segnes esse videamur, cum satis necesse foret nedum v. s<sup>ti</sup> sed et omnibus tocius mundi christianis de hoc heretico dare avisamenta, oportet nostras litteras sepius dari, nam nemo melius noscit stricturam calcei quam qui illius indumento patitur dolores. Premunt et cruciant nos in horas heretice facciones, plures prohdolor, b<sup>me</sup> p., magni homines et communites heretico favent, apostolicas disposiciones et decreta v. s<sup>tiis</sup> parvipendunt, et adeo decrescit reverencia et advertencia sancte sedis apostolice, ut nisi verbis salvatoris nostri redderemur constantes, quibus pro Petro ut fides sua non deficiat rogavit, opinaremur nunc cessare christianam obedienciam. Paucissimi gravissimam indignacionem vicarii Jhesu Christi timent, facit, ut remur, longa fortassis pacienza qua conversio credebatur obstinati. Pharaao diris portentis converti noluit, sic quippe nulla pietas hunc alterum Pharaonem persecutorem domus Israhel liquefaciet, nisi gladius et ignis mareque procellosum christianitatis illum absorbeant. Constitutus istis diebus in Brunna vocavit ad se capitaneos Zebracorum alias fratrum dictorum filiorum Belial, cum his nostre destructioni machinatur et jam messem istam aditumque et rerum victualium adveccionem nobis auferre conatur. Veniet nunc pro festo b. Jacobi apostoli nobis propinquius in urbem Glacz per unam dietam ab isto loco distantem, illae duces et communites Slesie secum convenientes tractaturi sunt super excidio istius ovilis v. s<sup>tiis</sup>, quo deficiente, quod absit,

25. Juli.

VII. 116.

<sup>1)</sup> Vgl. Palacky IV. 2. 407. <sup>2)</sup> Gregor Heimburg.

<sup>3)</sup> Scheint sich auf uns noch unbekannte Verhandlungen des Herrenbundes mit dem Legaten nach dem Raudnitzer Tage zu beziehen. Vgl. auch n. 328 A.

n. 325. fides in toto isto regno et terris adjacentibus illi periclitaretur. Novissime v. s<sup>ti</sup> scripsimus de voluntate plurimorum principum, videlicet Misne Bavarie Slesie etc. volencium apud v. s<sup>tem</sup> pro Girsico intercedere; ipse vero interea non quiescat sed queret quomodo nos destruere possit et terrorem facere plebi, ne post factam declaracionem v. s<sup>ti</sup> a sua maledicta obediencia recedant, in dies bella sua hostilia expectamus in v. s<sup>te</sup> sperantes que nos non deseret. Ceterum, b<sup>me</sup> d., differenciam quam inter se habent

n. 326. clerus et populus Olomucensis ex parte scole pridem scriptis nostris patefecimus v. s<sup>ti</sup>, quomodo non valeret, si v. s<sup>tas</sup> ad voluntatem cleri graciā datam Olomucensibus cassaret, sed per alia media v. s<sup>tas</sup> dignetur eos componere aut causam eam rev<sup>mo</sup> d. Lavantino hic discuciendam committere. Magnus enim in plebe rumor et varie relaciones [sunt] quas sentimus graves esse, ut, si data gracia cassari deberet, amplius apostolica mandata quelibet alia non susciperent Olomucenses, qui tamen optime ad nos inclinati sunt et aliter non facient quam sicut catholicos homines decet. B<sup>me</sup> d., omnia ponimus in libram immense sapientie v. s<sup>ti</sup> humiliter et devotissime rogantes nostrum non obliisci sed paci nostre gracie intendere ac providere in tractatibus, si aliquot quomodolibet contingere fieri cum Girsico, ne excludamur, sed ut sub umbra alarum v. s<sup>ti</sup> secure valeamus deo servire et obedire v. s<sup>ti</sup>, que valeat sane et feliciter longo evo victura pro defensione catholice fidei et unica nostra consolacione. Datum XIII Julii anno etc LXVI.

B<sup>me</sup> d! Aliud nobis cordi est quod dudum v. s<sup>ti</sup> pro recipiendo consilio libenter proposuissemus et quod ad honorem dei et animarum salutem, eciam pro securitate civitatis istius progressum haberi cordialiter desideramus. Adjacet urbi nostre extra muros quoddam insigne claustrum s. Vincencii in structura latissimum et muris altum turribusque munitum, in diviciis et omnibus necessitatibus optime provisum, in quo abbas infulatus quidam habitat cum fratribus multis ordinis Premonstratensium, qui non servantes regulam suam vite et conversacionis sunt dissolucioris, frequenter indocti ydiote etc., tales leves homines quibus paucum confidendum est, ut plerumque nobis pericula accident et timere oportet, ne inimici nostri idem claustrum intercipiant. Sepe quadrungentos armigeros illac locare nobis necesse est et in horas non vacuum relinquere, quod non oporteret, si hujusmodi fratres in eodem essent quos optamus reformatos et regulam servantes, qui ex probitate religiositate et devocione non aliter facerent quam quod fidei et saluti expediret fidelium, nos eciam majorem favorem tunc gereremus ad illos. Est quippe magnus confluxus ibidem populi, bis in anno ostensio fit in eodem claustro reliquiarum sanctorum, ad quam ex circumquaque adjacentibus locis concursus fit maximus, unde semper convenit nos habere stipendiarios, cum fratribus istis sic viventibus enormiter paucam fidem adhibere valeamus. Abbas tamen modernus pater est optimus, devocione plenus, superioribus annis a fratribus captivitati deditus, et nisi cicias sue captivitatis noticia ad nos pervenisset, suam venerabilitatem fortassis neci destinassent; eripuimus pium patrem propter probitatem et rectitudinem suam. Longum- esset super hujusmodi defectibus prefati claustri pro necessitate nostra scribere. Nam talibus fratribus ita vivere volentibus et incumbente, quod absit, nostra obsidione quam

profecto timemus, destruccioni ejusdem loci cogitare nos compelleremur, quod speraremus eciam gravissima obsidione contingente, si in eodem tales fratres reformati quos optamus essent et fideliter deo servirent et assisterent nobis, non debere fieri, super quibus clarius contulimus rev<sup>mo</sup> d. Lavantino et rev<sup>do</sup> d. nostro episcopo, a quibus v. s<sup>tas</sup>, uti credimus, lacijs hujus rei pericula et futura multa bona ex reformacione intelliget. Eciā prius rev<sup>mas</sup> d. Cretensis bene considerans hanc rem sepe sepius nobiscum pluribus consiliis et gravitatibus involutus fuit, et quia ipsi fratres exempti immediate sub potestate v. s<sup>tas</sup> sint, supplicamus humilime, quatenus v. s<sup>tas</sup> reformacioni prefatorum fratrum nisericorditer dignetur intendere et eam cicius faciendam committere prefatis rev<sup>mis</sup> patribus, qua facta docti fratres accident qui rebus istis ac populo nostro doctrina et vita pro salute animarum consulere poterunt, in quo v. s<sup>tas</sup> laudabile opus faciet quod [non] nisi deo acceptum et infinitis hominibus erit salutare. Datum utsupra.

Postea supervenit quidam frater de observancia prefati ordinis Premonstratensium qui petivit sibi litteras ad s<sup>mum</sup> dominum nostrum dari, et ideo prefata scedula fuit reiterata sub talibus verbis ut subsequitur.

S<sup>me</sup> p. etc. Dedimus pridem sub data XIII Julii litteras nostras v. s<sup>ti</sup> quibus per interclusam scedulam v. s<sup>ti</sup> significavimus quandam reformacionem desiderabilissimam nobis pro securitate hujus civitatis et salute multarum animarum quorundam fratrum canonicorum regularium ordinis Premonstratensium claustrum sub nomine s. Vincencii intitulati adjacentis urbi nostre. Nunc vero ejusdem ordinis quidam frater ididem desiderans v. s<sup>ti</sup> pedibus presentaturum et que necessaria sunt pro eadem reformacione fienda relatum se obtulit, cui propterea hec nostra scripta, prefate scedule reiteracionem, dedimus. Prefatum claustrum trans flumen extra menia nostra huic urbi propinque adjacens inter sepes nostras conclusum, in structura latissimum et altum, muris turribusque munitum, in diviciis et omnibus necessitatibus optime provisum, magnas et gravissimas curas et expensas nobis facit, in quo abbas quidam infulatus habitat etc. Das folgende genau mit den Worten des ersten Schreibens. Datum XVIII Julii anno LXVI. —

Esch. fol. 308<sup>a</sup>—309<sup>b</sup>. Vgl. zu der Nachschrift n. 166 B. nebst den Aeusserungen in Merboth's Briefen und Wattenbachs Aufsatz in der Zeitschrift für Gesch. Schlesiens IV, 146 ff. Mit dem ersten Briefe gieng auch ein Schreiben an Carvajal ab, das ihm die Weiterführung des Processes gegen den Ketzer sehr dringend ans Herz legt.

Die drei Cardinäle der gegen den König Georg eingesetzten Commission, Bessarion, Carvajal und Erolo melden dem Legaten Bischof Rudolf, dass nach Ablauf der Ferien im October der Process gegen den König zu Ende geführt werden soll.

Rev<sup>me</sup> in Christo pater! Recipit s<sup>mus</sup> dominus n. litteras v. paternitatis, similiter nos vgl. n. 323. que nobis dirigebantur accepimus. Gratissimum est semper s<sup>mo</sup> domino n. et nobis successus omnes paternitatis v. et omnia que occurrunt in negocio sibi commisso ex litte-

ris v. paternitatis intelligere; beatitudo sua et sacrum collegium paternitatem v. plurimum laudant et studium ac diligenciam suam commendant. Quoad consultaciones quas paternitas v. scribit a diversis diversas fieri, s<sup>mus</sup> dominus n., licet mutacionem miretur, tamen in bonam partem accipit consilium rev<sup>di</sup> patris episcopi Wratislaviensis et eorum qui una secum supersedendum censem<sup>1</sup>); credit beatitudo sua ipsum dominum episcopum bono zelo moveri neque aliud quam honorem dei et catholice fidei querere et animarum salutem desiderare. Verum tamen s<sup>tas</sup> sua decrevit domino concedente processus adversus Georgium institutos continuare, itaque mandavit in hac causa ad diffinitivam sentenciam juris ordine procedi, quam primum terminus citacionis venerit, qui cum juxta tenorem execucionum in secundam diem Augusti caderet<sup>2</sup>), propter ferias indictas prima die Octobris servabitur, mandatque sua s<sup>tas</sup>, ut ipsum dominum episcopum et alios v. paternitas exhortetur et moneat, ut in fide et obediencia apostolice sedis stabiles perseverent, ne quod hactenus fecerunt alterius rei pocius quam fidei causa fecisse videantur; nec retrahit suam s<sup>tem</sup> quod quidam ad Georgium redierunt ex his qui ab eo recesserant, neque enim beatitudo sua illorum fiducia aut cuiuslibet alterius processum contra Georgium instituit, sed in deo omnipotenti spem posuit ac firmiter sperat, quod gracia divina qui animum dedit inchoandi processus vires continuandi ac exequendi non negabit, quamquam grarius fuisse sue s<sup>ti</sup> tum pro honore dei tum pro animarum salute audire, quod alii omnes barones et populi regni illius a Georgii salutacione recessissent et ad viam veritatis redirent. Quapropter magno animo et forti sit v. paternitas et commissum sibi negocium solita diligencia prosequatur et fideles quosque parciū illarum quos poterit in obediencia et fidelitate apostolice sedis retineat. Neque v. paternitatem aut illos deterreat quorundam ad Georgium redditus; non est abbreviata manus domini, potens est enim ipse qui causam suam non deseret et hos qui redierunt et reliquos omnes a Georgii conversacione revocare et ad viam veritatis convertere. Quam primum dante domino sentencia contra Georgium lata fuerit, omnia remedia dabuntur et facultates mittentur paternitati v. que quomodolibet conferre videbuntur. Ceterum que in negocio paternitatis v. facta sint ex litteris venerabilis domini Fabiani canonici Wratislaviensis plene intelliget eadem paternitas v., quam omnipotens deus feliciter conservare dignetur. Rome XVII Julii a<sup>o</sup> etc. LXVI.

Esch. fol. 314<sup>a-b</sup>. Ein Schreiben desselben Inhalts richten sie auch an den Breslauer Rath, datiert vom 28. Juli, fol. 315<sup>b</sup>, auch noch im Original vorhanden Roppan 26zzzz<sup>2</sup>.

## B.

### Fabian Hanko über dieselbe Angelegenheit an den Breslauer Rath.

Er äussert seinen Verdacht, dass der Baron von Rosenberg nicht ohne den Rath gewisser Leute von dem Bunde abgetreten sei. Er traue Gott, es werde ihm noch leid werden. Der Cardinal St. Angeli sei darüber sehr erschrocken, denn er habe ihm nun

<sup>1)</sup> Bezieht sich auf die Beschlüsse des Raudnitzer Tages.

<sup>2)</sup> Da die Citation vom 2. Aug. 1465 in n. 303 auf 180 Tage, also auf ein halbes Jahr lautet, so scheint die Frist inzwischen noch einmal wiederholt worden zu sein, wenn sie am 2. Aug. 1466 ablaufen sollte.

oft die Ohren damit gerieben, weil er beständig so grosses Vertrauen auf den Mann gesetzt. Der Cardinal habe ihn dagegen getröstet. O sancta Maria, habeas bonum animum! Si ille recedet, Deus nobis adjunget quatuor alios loco sui. Ego recordor bene, quod pater suus semper fecit minorem estimacionem de eo inter ceteros filios. Er habe letzthin ihre Briefe dem Papste selber überreicht, da er denn viel mit ihm von den Breslauern geredet, viel von den Umständen der Stadt gefragt. Und als er ihm ihre Noth und grossen Aufwand weitläufig erzählt, habe er versetzt: Non curetis, deus juabit eos et nos non derelinquemus eos. Schon länger als vier Wochen haben die Cardinale in zwei Consistorien nichts anders denn die Sache des Ketzers gehandelt. Der Cardinal von Nicäa (Bessarion) habe nach ihm geschickt, und weil er bei ihm sehr angehalten, dass die Privation noch vor den Vakanzen geschehen möchte, habe er ihm gesagt, es wäre mit grossem Fleiss überdacht und beschlossen, dass es nicht vor Anfang des Octobers geschehen solle, denn der letzte Termin der Execution der Citation falle auf den 2. August. Man würde also nur dem Ketzer Ursach geben, über sie zu klagen. Es wäre daher viel besser noch zwei Monate Geduld zu haben, als dann würde es ohne alles Hinderniss geschehen. — Rom den 17. Juli.

Excerpt bei Klose III, 394 — 395. Das dahinter folgende Schreiben vom 25. Juli gehört ins Jahr 1465, vgl. n. 300 Note. Wahrscheinlich jedoch gehört das Bruchstück in Scriptores III, 339 in 1466, denn zu 1465 passt es nicht, weil um diese Zeit Breslau nur mit dem Legaten und nicht mit der Curie correspondierte. — Der in A erwähnte Domherr Fahianus (auch Hanko) ist nicht der Breslauer Procurator. Vgl. über ihn Zeitschrift VII, 324 etc.

329.

1466 Juli 28. Glacz.

**König Georg an König Matthias.** Beschwerde über das Verfahren der Curie gegen ihn und Gesuch, den Papst zur Ansetzung eines Tages zu bewegen, auf dem in Gegenwart eines Legaten und von Gesandten weltlicher Fürsten über die kirchliche Frage Böhmens berathen werden könne.

Verfasst von Gregor Heimburg.

Serenissime princeps etc. Quanto paciencius et equanimius injurias emulorum nostrorum perferimus, tanto amplius eorum adversus nos et tranquillitatem regni nostri foveatur audacia, nutritur insolencia, omnisque rationis expers turbato rerum ordine principatum sibi vendicat ipsa temeritas. Deum testamur nostramque conscientiam, qua nihil dedit deus homini divinus, quod, cum primum ad incliti regni Bohemie gubernacula aspiravimus, non ambitione ducti sed miseracione permoti rem tantam aggressi sumus; quippe cum naturalis heres regni sub tutore degeret, quem nos mox post a tutele cura solutum in regnum paternum et avitum majore applausu introduximus quam ipse potuisse optare, sed cum videremus arces terras urbes et oppida regni quibuscunque patere violentis, et hanc miserandam condicionem omnes boni deplangerent simulque cuncti exclamarent tantummodo duce opus esse, incepto demum opus esse, cetera omnia rem expedire: nos huic funkcioni prematura adhuc etate nosmet ipsos submisimus in domino confisi, et contractis copiis que parenti quondam avoque nostro adherere solebant conti-

nuo Pragam tetendimus, ubi submissis Pragensibus in eandem sentenciam spe pacis illectis non parum auxiliū nobis crevit, idemtidem et per alias urbes pacis eque cupidos copiis nostris opes accesserunt, quas contra fortalicia arces et castra violentorum hominum subito convertimus, que admotis machinis bellicis partim diruimus et a fundamenti demoliti sumus, alia vero pugna super meniis commissa devicimus vel in dedicionem accepimus. De subactis autem nos nostramque familiam minime locupletare sed regnum intestino malo pressum et civilibus bellis lacerum sarcire coadunare et consolidare totis viribus nisi suus. Dumque omnium bellorum nostrorum exitus edocuisse nos nihil nisi pacem reipublice regni Bohemie quesivisse neque de ritu eucharistie sumende ceterisque sacrificiorum ritibus quidquam agitare, preterquam compactata olim auctoritate concilii Basiliensis facta pro pace inducenda regni voluimus observari, facile tota Bohemia Moravia Silesia etc. post longa bellorum discrimina in nostram coire sentenciam sevasque bellorum calamitates salutaris pacis suavitate commutare gavisi sunt nosque pacis hujus auctorem statuerunt et conservatorem, ut quibus artibus pacem peperimus eisdem facile conservare et augere nosceremus, paucos<sup>1)</sup> ergo qui de preda accipitrum more vivere consueverunt regno exigimus vel ad externa bella transmisimus scituros qua lege olim redire liceret; finitime quoque ipsius regni Bohemie potestates per legatos suos pacem pecierunt a nobis, quibus et pacem dedimus utroque oblatam acceptimus, pacis federa ferientes atque solidantes. Sic itaque pax nostra fragranciam boni odoris sui per finitos quosque populos suavissime diffudit. Hinc hominum commercia restituta, hinc<sup>2)</sup> mercatura per omnes angulos regni quidquid regnicolarum usui supererat aut aliarum mercium commutacione aut precii solucione fructuosum effecit. Sed et metallarie, precipuum regni decus, restitute sunt ac reparate, et in summa pax rediens omnes comites et pedissequos ejus, quos abiens avexerat, largo cum fenore affatim cumulatimque revexit. Jura quoque regni quibus unicuique justicia ministratur restituta sunt, que tamen longe retroactis temporibus minime processum habebant<sup>3)</sup>. Sed ut in omnibus ferme gentibus nacionibus et linguis omnique republica pax diurna longo in ocio semper aliquid monstri alit, ut Rome Lucium Catilinam, Lentulum Cethegum cum reliquis conjuratis, sic et in regno nostro qui ex diurna pace incrassati sunt et dilatati calcitrare didicerunt. Nam etsi magnanimus ille putatur qui incidens in adversa invictum se tenuit, non minor tamen est ille cui presens felicitas, si affulsit<sup>4)</sup>, non arrisit, quamquam facilius sit reperire qui temperanciam retinuerunt contraria sibi fortuna, quam qui propicia non perdiderunt. Hoc si in Romana republica contingere potuit tam salutaribus legibus institutisque formata, minime miramur, si et in nostra republica id acciderit, quam nos ab effrenata barbarie sub policiam monarchicam viginti vix annis effluxis domino adjuvante redegimus. Sed hoc querimur, quod tam patentis sceleris rebellionis ac perduellionis sue colorem pretendunt apostolice sedis obedien-

<sup>1)</sup> Von hier bis liceret fehlt bei Dobner.

<sup>2)</sup> Eschenloer hat mercaturam. <sup>3)</sup> Von hier bis monstri fehlt bei Eschenloer.

<sup>4)</sup> Esch.: cui prius felicitas si allusit.

ciam et reverenciam ac sancte matris ecclesie catholicam unitatem, quasi nos ab illa desciverimus, hujusque figmenti testes sibique fidem adhibentes invenisse miramur. Id vero permaxime stupemus, scilicet facilitatem credulitatis erga sanctissimum in Christo patrem et dominum, Romanum pontificem, de qua doctor devotus ad Eugenium scribens sic declamat: Hec est, cuius callidissime vulpecule magnorum<sup>1)</sup> neminem comperi satis cassis versicias; inde enim ipsis pro nihilo ire multe, inde innocentum frequens addicio, inde prejudicium absentis etc., de qua jam nunc dicendum est nobis; et idcirco lacius assumenda materia.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster, d. Paulus papa II, credulitatis facilitate permotus ac instigacione ejusdam Antonii de Eugubio fisci aut fidei procuratoris stimulatus, nuper de a<sup>o</sup> d. 1465 rev<sup>mis</sup> dd. Niceno, s. Angeli et Spoletano cardinalibus causam super relapsu in heresim contra nos commisit, qui tamen de heresi nunquam convicti sumus. Qui quidem domini cardinales eodem anno die secunda mensis Augusti animum suum qualis in nos esset palam detegentes, ab injuriis et conviciis exorsi, tali forma verborum sunt usi: Prefatum Georgium de Podiebrad citamus, quatenus centesima octuagesima die compareat procuratori fidei super heresis relapsu etc. responsurus. Numquid injurium est regem coronatum et unctum et taliter a sede apostolica recognitum, ab imperiali quoque splendore et cunctis principibus cum quibus illi negocium fuit taliter honoratum, neque eciam de jure neque de facto privatum vel depositum, suppresso regio titulo, solo prenomine humilisque castri adjeccione nuncupare? Numquid captatoria fuit hec citacio, cui parere minime poteramus sine abdicacione regie majestatis, qua non ut rex, sed velut incola regni comparere jubemur, cui parendo jam fateri videremur id quod de nobis ipsa citacio presupponit? Numquid capciosa rursum fuit, qua super crimine relapsus in heresim respondere jubemur? Quod si faceremus, nos profecto aliquando hereticum fuisse recognosceremus, a quo reatu nos semper insonites et immunes fuisse et esse confidimus. Porro quod longe severius est, idem sanctissimus pater et dominus noster non exspectato prefatorum centum octoginta dierum exitu, nulla eciam alia in jus vocacione premissa, sexto Idus Decembris immediate sequentis omnes nostros et regni nostri Boemie subditos ab omni subjeccionis nostre vinculo quantum in se fuit absolvit, nobis eciam de omnibus juribus et obvencionibus regni seu corone Boemie vetando responderi. Que tamen omnia contra nos et in nostri prejudicium nobis non vocatis nec auditis, contra divini ac naturalis juris et rationis doctrinam et exempla pariter instinctum et precepta nimium severiter emissae ob ejusdem sanctissimi patris et domini nostri sancteque sedis apostolice reverenciam pacienter ferentes sanctitatem ejus humilimis precibus duximus interpellandam, ne tam informi clamori qualem fert fama fidem habere dignaretur. Sed si ad sonitum vel boatum ejus sua sanctitas excitata esset, non tamen idcirco sentenciam in illa formaret, sed sublato velo quo tegitur originem ac<sup>2)</sup> zelum ejus investigaret. Sic enim illam lingue latine doctissimus auctor<sup>3)</sup> depingit, quasi solo gradiens caput inter nubila condat, quo nil

n. 303.

n. 311.

n. 307.

<sup>1)</sup> Esch.: Non est cuius callidissime vulpecule manorum etc., was keinen Sinn gibt.

<sup>2)</sup> Von hier bis nubila fehlt wieder bei Eschenloer. <sup>3)</sup> Virgil. Aen. IV. 177.

aliud quam vagam et confusam relationem fame voluit designare, ideoque ipsam non tam loqui quam pocius stridere, non die sed noctu volare dixit propter obscuram et vagam ejus propalacionem, que tam facti pravique tenax quam nuncia veri perhibetur. Sunt enim in regno nostro pacis osores, quietis turbatores, sunt qui jura negent sibi nata, qui nostris recte factis sepe fastidire volunt, qui omnem sceleratis rebellionibus suis apostolice sedis obedienciam ac reverenciam obtendunt, ut temeritatem et fedifragia sua honesto quodam velamento circumducant. Hoc amplius nos sue beatitudini tam plene submisimus, ut, si verbo vel facto a sancte sedis apostolice obediencia aut reverencia, ab orthodoxe fidei rectitudine, a sancte matris ecclesie unitate quid devium vel lubricum dixisse vel egisse vel in aliquo deviasse quomodolibet constare posset, id revocare emendare ac sue sanctitatis arbitrio in melius commutare obtulimus, modo sua beatitudo diem et locum statuat, ubi de nostra et emulorum vel delatorum nostrorum nocencia vel innocencia et tocius cause condicione et qualitate possint gravissimorum virorum suppetere testimonia, ubi eciam de tocius regni statu agi et quidquid deforme vel ab universalis ecclesie ritu dissonum reperiatur ad conformitatem deduci et omnia debite componi possent et concordari. In qua re et nostre ac omnium principum s. R. imperii electorum, nostrorum videlicet coelectorum, omniumque principum affinum et federatorum nostrorum suasiones et suffragia plurimum opitulari potuisse non dubitamus. Hanc oblacionem nostram et has preces nostras a sanctissimo domino nostro repulsas esse plurimum dolemus, quas nec a minimo subditorum nostrorum ante pedes sue sanctitatis oblatas despici remur oportuisse; neque enim decet Christi vicarium despicer animam pro qua Christus mori dignatus est, neque tantum lucri negligere quantum ex hoc toti orbi christiano superimpendebat, potissime autem in plaga orientis contra Turcorum rabiem, qui bellorum assiduitate quidem indefessa per Mesiam et Bosnam ad regna Liburnorum aditum sibi struxerunt, quorum ferociam Bohemica milicia duce quondam genitore vestro, deinde vestro quoque ductu sepe contrivit. Vestram fidem appellavimus, frater charissime! Vir insignis bellicis laudibus, genitor vester quod unquam bellum contra Turcum gessit in quo Boemica milicia assignatum sibi munus ullius difficultatis vel periculi metu diffugerit vel declinaverit? Quin pocius per omnes hostium cuneos omnesque difficultates intrepide penetravit? Et hoc de paucis quos in miliciam traxerunt stipendia. Quid vero sperandum arbitramini, si contractis regni viribus expedicio militaris in Turcos ordinibus militum explicatis conficeretur? Vestre fraternitati loquimur bona fiducia freti, quod aliunde minus fortasse liceret, ne aliorum meritorum laudes nobis arrogare superbe videremur. Talia tantaque commoda precum nostrarum repulsa disturbari sincero corde dolemus; statueramus enim nos sue beatitudinis arbitrio submittere, quemadmodum gloriosissimus ille monarcha dei Theodosius post crudelem cladem apud Thessalonicanam ab eo perpetratam beatissimo Ambrosio Mediolanensi episcopo colla submisit, si sua sanctitas nostras oblaciones paterne suscepisset. Hactenus hec omnia pacienter ferre non dubitavimus obediencie et reverencie apostolice sedi prestite non immemores, contra quam aut contra sanctissimum patrem et dominum nostrum, d. Paulum Romanum pontificem, nihil egre diximus, nihil sinistre locutus sumus; neque enim nostra condicio ex his omnibus imminuta vel infracta est, nemine

n. 313.

scilicet a nostra fide federe vel societate deficiente, quamquam ii qui dudum vel rebellarunt aut perduellionem commiserunt, scelus suum hoc colore defendere nitantur. Nonnullos tamen condigne castigacioni subjecimus, de reliquis opportunitate suadente deus, ut speramus, eque providebit: eorum autem clamores vanasque garrulaciones hactenus non magis quam ranarum loquacitatem fastidiendam reputavimus, quia rumusculos hominum nunquam studuimus aucupare, scientes quoniam per bonam et malam famam a dextris et a sinistris miles Christi graditur nec laude extollitur nec vituperacione frangitur, non diviciis tumet, non conteritur paupertate, et leta contemnit et tristia, per diem sol non uret eum neque luna per noctem.

Nunc vero, quia per emulos nostros fama in longinqua diffunditur, eciam apostolicis litteris licet contra nos inauditos emissis concomitata, ne crudelitatis insimulemur, si famam et innocenciam nostram defendere negligeremus, restat nunc, ut suggestionibus emulorum et delatorum nostrorum, quibus sanctissimus in Christo pater et dominus noster instigatus tam severas contra nos litteras emisit, respondeamus, ut quisque intelligat nos neque vocatum neque auditum, sed penitus innocentem esse de facto condemnatum. In primis siquidem cause relapsus heresis commissionem tribus dominis cardinalibus contra nos factam perlustremus et quidem spurcissima verba Antonii procuratoris fisci et fidei transiliamus, quia delatoris horrida vox infractum animum minime concuciet regie majestatis, quippe cujus verba nemini prejudicant; sed ad judicium verba veniamus. Ajunt judices: Citamus Georgium de Podiebrad, quatenus centesima octuagesima die compareat procuratori fidei responsurus etc. Jam constat ipsos judices non publico et officiali nomine sed privato nuncupantes non pro rege, sicut debuerunt, sed pro privata persona nos tenuisse et reputasse; coram quibus si, ut vocati eramus, comparuissemus, tacito consensu nos talem professum esse videremur qualem ipsi nos in suo citatorio nuncupaverunt. Dixerint fortasse domini cardinales: Non est hoc nostrum inventum, sed formam commissionis apostolice secuti sumus, ubi nusquam rex Bohemie sed Georgius de Podiebrad nuncupatus reperitur. Sed et hoc discuciamus. Verba commissionis a principio usque ad verba signature quid aliud quam spurcicias in se gerunt blasphemii rancorosique delatoris, que nostram non valent minuere dignitatem, quia nuda sunt nullius adjuta suffragiis nec ulla firmitate subnixa! Verba autem Romani pontificis talia esse perhibentur: Placet et committimus cardinalibus Niceno s. Angeli Spoletanensi. Que verba nihil aliud sonare videntur, quam quod contra nos causa commissa censeatur, non autem quod nos tamquam privata persona, non rex censi debeamus; lacior vero signatura, que vicecancellarii fuisse putatur, superaddit facultatem personalis et per edictum citacionis cum inhibicione et declaracione jubendo procedi ut petitur, non autem precipit nos regie dignitatis titulo spoliari, nisi quis dicere velit, quod per verbum placet in papali signatura positum et per verba ista procedant ut petitur in signatura laciori adjecta precipiatur contra nos tanquam privatam personam regio honore indignam ita procedi et nos taliter despici, prout ille blasphemus et rancore plenus delator nos in illa sua contumeliosa commissione nuncupavit, quod de summo pontifice nefas remur suspicari. Sed isto sic accipi stylo aucto-

rante aut dominorum judicum eminencia id arrogante, omni consideracione tamen eo res redit, quod nos regio honore non vocati nec auditи reperimus de facto, non de jure, inaniter tamen et absque effectu destituti. Sed cui vim nobis illatam imputemus nostra nihil refert, dummodo fraternitatem vestram de nostra innocencia reddamus cerciorem.

Hec acta sunt de anno 1465 mensis Augusti die secunda. Quid autem acciderit hac centesima octuagesima dierum dilacione pendente, intra quam judicis officium de jure n. 311. quiescit, queso attendite. Sexto Idus Decembris immediate sequenti idem sanctissimus pater et dominus noster omnes subditos regni nostri ab omni subjeccionis vinculo quo nobis obnoxii sunt, quantum in se fuit, absolvit et sciens semestre jam licet impie et contumeliose prefixum nondum elapsum hanc pretendit occasionem, ut verbis sue sanctitatis utamur: ne inter moras temporum et exspectacionem declaracionis res eo deducatur, ut postea execucio fieri non possit, cum secundum legislatoris sentenciam melius sit ante occurrere quam post vulneratam vel desperatam causam remedium adhibere; quasi liceat quemquam propter convalescenciam potencie sue non vocatum et inauditum condemnare aut jus suum quomodolibet auferre vel infirmare, quod tamen divina et naturali ratione improbatur et exemplo domini ad protoplastum prevaricatorem, Cain fraticidam et Sodomos, dum dixit: descendam et videbo etc. Prospexit quidem legislator ecclesiastice reipublice pupillis et sub cura degentibus viduis et miserabilibus personis circa rerum alienacionem proscripcionem judicia sentencias rem judicatam appellaciones in integrum restituciones et cetera quae juris sunt; ita scilicet, ut jura eorum pocius illesa serventur, quam post vulneratam causam remedia querantur, et ibi paribus verbis utitur legislator. Sed iis omnibus sic jura sua tutatur, ut nemini inferat injuriam nec ullius alterius jus auferat vel possessionem postponat. Et nunc, queso, in digitos mittite tempora prematuracionum, quibus sua beatitudo penas suas in nos prematuravit et precucurrit occasione fretus, ne res eo deducatur, ut execucio postea fieri minime possit, et considerate statum et eventum rerum et negotiorum que interea usque nunc fluxerunt, et ex his pensate, quomodo fructuosius fuisset diem et locum juxta humiles preces et oblaciones nostras indicere, quam hujuscemodi penalibus litteris causam exaggerare. Sed quia sua beatitudo preces nostras non solum repulit, sed tamquam n. 313. virulentas aliis suis litteris pridie Idus Januarii ad nos datis accerime condemnat, nostre sinceritatis integritas efflagitat, ut illis cum veritate, sicuti se res habet, constanter respondeamus. Primum quidem inquit sanctitas sua nos heresim notoriam ac sepe damnatam sectari atque fovere publice professum esse: hoc et in aliis litteris de nobis sentit sanctitas sua male informata, dicens nos in magno frequentique comitatu Prage habito nos hereticum declarasse et in ea perfidia usque ad mortem cum conjugе ac liberis nostris perseveraturum publice contestatum esse. Subdit et jura legacionis nos in persona Fantini violasse. Hoc amplius contra nos addit procurator fisci, quasi nos dixerimus communionem utriusque speciei ab omnibus laicis de precepto salvatoris inevitabiliter esse suscipiendam. Talia sunt que sanctissimo patri ac domino nostro de nobis falso suggeruntur, que nemo condicionis nostre conscius de nobis suspicari quidem potest, nos scilicet in tantam furoris demenciam incidisse, ut nos hereticum esse

velle profiteremur aut contestaremur certe minus quam furem aut latronem, adhuc enim de sana mente subgloriari nobis licet, qui ferocissimam gentem nostra circumspecione et prematura adhuc etate mansuefactam tanta pace gubernamus, ut finitimis principibus et populis ejus rei speculum habeamur et exemplar. Sed hec omnia, ut prediximus, procedunt ex facilitate credulitatis. Quid autem alienius a tramite racionis quam ex hujusce tam vanis vagis et variis relacionibus notorietatem hereseos nobis impingere, ut tam graves et immites littere, examinis et cognacionis vacue, penarum autem et execucionis plene, contra nos fulminentur? Aliter enim in unis, aliter in aliis litteris apostolicis ac rursum aliter in spurcissima procuratoris fisci et fidei suggestione de nobis referuntur. Si enim coram judicibus pro tribunali quis judicario ordine interrogatus aliquid respondendo confiteatur, idque in scripturam authenticam judiciorum more fuerit redactum, suadet equitas per viam monitoriorum adversus eum ad execucionem procedi, ea vero que de nobis referuntur duntaxat emissa evolasse dicuntur, quod est omnino contrarium notorietati, cum neque scriptum neque sculptum referatur. Erat igitur ordinaria via super his ad rationem ponere dicendo: Quid hic audio de te? At ne cuncta videamur mera inficiacione declinare, rem ordine pandemus, ex qua rumor ille scilicet et de violacione legacionis in persona Fantini contra nos suscitatus est. Putamus serenitati vestre, frater charissime, per famam innotuisse, qualiter olim sacrum Basiliense concilium regnicolis regni nostri indulserit, ut ii qui ad annos discretionis pervenissent, quibus usus esset eukaristie sub utraque specie sumende, quique hoc devote petierint, taliter, scilicet sub utraque specie communicentur, hac prefacione ut firmiter credant non sub specie panis corpus exangue seu sub specie vini sanguinem duntaxat, sed sub qualibet specie integrum sumi Christum. Et hec omnia non per modum tolerancie, sicut interdum peccata tolerat ecclesia, sed ut hoc liceat auctoritate domini nostri Jesu Christi et sancte matris ecclesie spose ejus. In his autem nos referimus ad documenta desuper edita, ne quid temere vel superflue dicamus, et hoc sacrificii ritu nos et parens uterque noster et avus quoque usi sumus.

His prelibatis ad rem pergamus. Postquam annuente domino, puro omnium consensu, sincero omnium judicio ad regalis solii fastigium provecti fuimus, procuratorem nostrum apud sedem apostolicam habere christianorum regum more decrevimus; ad quod opus Fantinum supradictum precio conductum adhibuimus, mittentes eum ad curiam Romani pontificis tempore pape Pii cum viatico et commeatu affatim habundequae provisum; et quia nihil nobis tam cordi hesit, quam regnum illud olim tam varie divisum, ut quotquot arces aut loca municiora, tot reges in illo vel summe potestates esse temptarentur, nostra tamen opera divina favente clemencia eo perductum, ut nihil pacacius habeat Germania, eque opera nostra sub apostolice sedis obedienciam in omni ritu ab ecclesia concesso vel decreto unanimiter reduceretur, pro qua re legaciones quam plurimas ad sedem apostolicam fecisse meminimus: Quadam ergo die legati nostri a Romano pontifice redierunt, cum quibus una venit Fantinus, non tamen ut procurator <sup>vgl. n. 343.</sup> noster, sed mantello revoluto tamquam legatus apostolicus, ibi sacri Basiliensis concilii compactata damnavit, omnium eorum que nostri nomine tanquam procurator in se sus-

ceperat factus prevaricator, qui eciam coram conventu Pragensi palam benivole nostrum se procuratorem recognoscebat ac de culpa et excessu pro eo a nobis sibi objectis privatum voluit respondere. Ibi nos palam dixisse meminimus nos sub ritu communio-nis eukaristie sub utraque specie natum et educatum, in illo ritu juxta sacri Basiliensis consilii cumpactata velle persistere: hoc certe non est heresim profiteri vel contestari, nihil enim sub eterne salutis necessitate redigimus; sed hoc sub determinacione sancte matris ecclesie relinquimus<sup>1)</sup>). Fantinum autem prevaricatorem in custodiam duci jussimus, quem interventu illustris principis affinis nostri carissimi domini Ludovici Inferioris ac Superioris Bavarie ducis ob reverenciam usurpati apostolice legacionis tituli leni-vgl. n. 122. ter tractatum curatumque dimisimus. Itaque sibi parcitum est, ignotum est et crimen condonatum est; ipse viderit, qua fronte, qua honestate a nostre procuracionis funcione ad apostolice legacionis officium in eadem causa insciis nobis transmigraverit.

Deinceps sanctissimus dominus noster per totas illas litteras dietam per nos humili-  
liter et reverenter petitam ac optimo zelo nostre apud sedem apostolicam devocationis postulatam aliis rationibus permotus declinat ac recusat: raciones autem et exempla per suam sanctitatem adducta ex hoc fonte descendunt atque eo tendunt, quia non licet heresim semel a synodo sancta condemnatam rursus in disputacionem venire. Ait enim beatitudo sua: Rursus dietam indici in qua heresis iterum ventiletur frustra postulas etc., minuitur sacrorum conciliorum auctoritas et hereticorum augetur audacia, si heresim semel damnata denuo in disputacionem suscipiatur etc. Ab hac certe sentencia neque nos discrepamus, quin eciam hoc amplius adjicimus, quod omnem heresim ab ecclesia damnatam nos quoque, uti christianum decet regem, talem tenemus et reputamus quam-  
tenet ecclesia, in qua manentes cum illa credimus, extra quam non est salus. Hoc autem non repugnat nostre petitioni nec aliquatenus refragatur, non enim petivimus indici dietam, ut inibi super Hussitarum, ut refertur, heresi disputetur, id enim ad con-cordiam unionem et tranquillitatem regnicolarum et regni minime conduceret, sed fortasse concertancium mentes magis magisque exaggeraret; sed ut in tali dieta apostolice sedis indiccione auctorizata et legatorum ejus presidencia insignita ac serenissimi domini et affinis nostri Romani imperatoris semper augusti vestreque serenitatis aut celeberrimorum oratorum vestrorum ac illustrissimorum principum dominorum electorum ac ceterorum principum federatorum nostrorum presencia illustrata barones ac satrape regni, cives quoque et urbium habitatores veteris illius regni glorie admoniti, que non nisi sub Romani pontificis obediencia recuperari potest ac servari, piis adhortacionibus et sua-vissimis suasionibus ad obedienciam et reverenciam ac conformitatem ecclesie Romane illiciantur pocius quam cogantur. Ab hac spe neminem disterreat, si qui pro tempore legati apostolici hoc opus aggressi non sunt assecuti quod optarunt et conati sunt: tunc enim longe major fuit hujus regni deformitas, et plerumque stetit regnum absque regente. Fateri enim oportet, si vera magis quam dictu speciosa sunt dicenda, in hoc regno permultos errores viguisse circa ipsum eukaristie sacramentum, circa remanenciam

---

1) Von hier bis regnum fehlt bei Dobner.

panis sacramentalis (sic enim illi nuncupabant) et de eo quod in substanciam aliti converteretur, sed et circa decorum ac formam ornamentorum ac vestium sacerdotalium in quibus sacrificium misse peragitur, ut de veneracione sanctorum taceamus, que omnia divina gracia cooperante usque eo sunt redacta, ut vix notari possit inter Romane ecclesie ac istum adhuc superstitem ritum discrepancia vel observancie alteritas; que omnia partim vidit vestra serenitas, de reliquo a fide dignis informata est, ut nobis super hoc testimonium perhibere possit. Et profecto si quis pie mentis vir aciem sue considerationis intenderit in ea que jam a triginta vel quadraginta circiter annis in hoc regno emendata sunt, plane comprehendet ea que restant minima fore in respectu eorum que transacta sunt seu peracta.

Censeat nunc vestra serenitas, num pia fiducialis et honesta fuerit nostra erga summum pontificem peticio exhibita, an vero a sua sanctitate racionabilius fuerit denegata. Postremo summus pontifex illas ipsas litteras ultimo loco ad nos datas hoc modo claudit: Tuum est igitur coram illis comparere, illorum subire judicium et sentenciam exspectare quam illi pro singulari sapiencia sua atque doctrina justam procul dubio promulgabunt. Ecce coram illis comparere jubemur, qui nos non vocatos et inauditos pro deposito et regic honore destituto tenent et reputant, qui nos tanquam privatam personam evocaverunt, quique nobis semestre tempus prefirerunt, quo pendente Romanus pontifex a cuius nutu dependet tota eorum potestas nobis non vocatis et inauditis obedienciam et subjeccionem omnium regni fidelium, quantum in se fuit, licet inaniter abstulit et interdixit! Num illi judices factum Romani pontificis auderent infirmare, quod contra divini ac naturalis juris et racionis ordinem et instinctum, quo eciam princeps legibus humanis licet solitus, divino tamen exemplo tenetur obstrictus, adversus nos tam inclementer precipitavit? Quid ergo aliud iis verbis nobis precipitur quam si dicatur: abdica regnum et omnem potestatem depone, abjice clypeum, projice arma et perge nudus et inermis ad carnificinam, ut macteris! Porro quis dyalecticus hoc asystatum sive perplexum enodabit vel dissolvet? Si domini cardinales deputati judices ratas facient litteras quibus sanctissimus dominus noster mandavit omnem obedienciam nobis subtrahi neque de fructibus nobis responderi aut a quoquam pro rege teneri, quid reliquum manebit de quo cardinales et judices habebunt cognoscere vel diffinire? Vacuavit enim sanctitas sua judicum potestatem, id scilicet statuendo quod cognoscendum nuper judicibus fuerat delegatum. Erit ergo summi pontificis, piissimi patris, officium cunctas penales litteras omnesque processus qui ab execucione ordiuntur, quibusve jus nostrum vel possessio nostra, honor aut fama, majestas et gloria palpatur vel attingitur, que non vocatis nec auditis nobis ad eujuscunque eciam fisci ac fidei procuratoris suggestionem emanarunt, paterna pietate tollere de medio nostramque innocentiam in loco rebus gerendis accommodo audire percipere tractare et examinare simul et de ritu sacrificiorum per ipsum regnum ad plenum informaciones clementer suspicere; quibus benigne receptis perfacile erit Romani pontificis legatorum vestreque serenitatis et aliorum quos supra nominavimus interventu deformata reformare et cuncta que restant debito ordine transigere ac feliciter consumare. His itaque superius descriptis rogamus

n. 313.

fraternitatem vestram, quatenus dicto sanctissimo domino nostro supplicare velit, una cum illustribus principibus amicis nostris qui similiter pro nobis intercedunt, quatenus sua sanctitas dudum optatam audienciam nobis in loco competenti concedere velit et nos suppliciter orantes in eo gracie exaudire, qua nobis data, speramus in deum, illa respondebimus que domino grata erunt et hominibus accepta. Datum Glacz XXVIII mensis Julii a<sup>o</sup> etc. LX sexto.

Esch. fol. 322<sup>a</sup>—325<sup>b</sup>, auch schon früher gedruckt bei Dobner Monum. hist. Boh. II, 418—429. In verkürzter deutscher Fassung mit einigen Änderungen und datiert von Prag 11. October, gerichtet an den Landgrafen Wilhelm von Thüringen bei Müller Reichstags-Theater etc. II, 250—258. Der Text bei Eschenloer ist, obwohl von seiner eignen Hand, doch äusserst gedankenlos geschrieben, auch der bei Dobner ist mehrfach fehlerhaft, obwohl besser. Durch genaue Vergleichung beider dürfte ich wohl einen ziemlich sichern Text hergestellt haben. Eschenloer ist so zerstreut, dass er z. B. Formen wie beatitas und sanctitudo bringt. — Er bezeichnet es als dictata per Gregorium Heimbork und gibt ihm die Ueberschrift: Georgius scripsit regibus et primo regi Hungarie et imperatori et aliis principibus christianitatis se excusans et allegans innocenciam contra citationem qua citatus est a commissariis pape que supra habetur. Der König versandte das Schreiben in der That an alle Fürsten der Christenheit; einige begleitende Formeln haben sich in seiner „Kanzlei“ n. 5. 10. 253 noch erhalten. Er hoffte und wünschte, dass sie alle sein Gesuch beim Papste unterstützen würden, vgl. n. 330. — Am 12. Dec. 1466 schickte er es auch an die Stadt Regensburg. Gemeiner Chron. v. Regensburg III, 403. Interessant ist die Beurtheilung des Schreibens durch Bruder Gabriel von Verona im Anfange des Textes von n. 336, wo er sagt: Dolenter nuper accepimus quasdam litteras sive notulas cuiusdam pretense et frustatorie ac dudum per summum pontificem damnate appellacionis nomine ad diversa civitates opida et loca regni Bohemie fuisse et esse transmissas, quas per filium perditionis Gregorium Heimborg nunc Prage sue iniuitatis venena diffundentem certificamur esse conflatas. Er sieht also das Schreiben als eine durch die Bulle Execrabilis vom 18. Jan. 1460 verbotene Appellation an.

Zur Geschichte des Schreibens sind zu vergleichen ein Brief Heimburgs an den Erzbischof von Gran vom 3. Juli 1466, fast gleichzeitig dreimal gedruckt von Höfler im Archiv für Kunde österr. Geschichtsquellen XII, S. 328, von Teleki in Huniadiak Kora XI S. 164 und von Voigt im Enea Silvio I, Anhang S. 445, zweitens ein Brief Heimburgs an König Georg vom 18. Juli in den Urk. Beitr. n. 360. — Eine Widerlegung Heimburgs versucht Carvajal in n. 343. Zur Beurtheilung des Verhältnisses zwischen Carvajal und Heimburg ist nicht zu übersehen Urk. Beitr. n. 337 u. 345.

Uebrigens existiert von Heimburg noch eine zweite Apologie des Königs Georg im Anhang der Urkundl. Beitr. S. 647—660, von Palacky mit Unrecht ins Jahr 1467 gesetzt, denn auch sie ist vor der Sentenz des 23. December 1466 geschrieben, wie sich aus dem ganzen Inhalt ergibt. Sie wendet sich hauptsächlich gegen die Anklage, dass der König den Genuss des Abendmahls unter beiderlei Gestalt als zur Seelen Seligkeit nöthig in Prag im August 1462 erklärt habe, wodurch er sich allerdings trotz der Compactaten einer Ketzerei schuldig gemacht hätte. Aber der Versuch diese Erklärung des Königs als eine von Zdenco v. Sternberg ausgegangene Verläumung hinzustellen ist doch bedenklich; wenigstens müsste das sofort geschehen sein, da es die Breslauer in ihrem Bericht nach Rom bereits melden (vgl. VIII, S. 124). Entschieden falsch ist die Darstellung, dass der Kaiser die Schuld an dem ganzen Processe trage, das beweisen die Akten. Die allen Anstand verschmähende Leidenschaftlichkeit der Anklage gegen den Kaiser bleibt eben deshalb wirkungslos. Heimburg verführte den König dadurch im Gegensatz gegen sein bisheriges kluges Verhalten zum Kaiser zu einem schweren politischen Fehler. Vgl. auch Palacky IV. 2. 422.

330.

1466 August 4. Rome.

Papst Paul II. antwortet dem Breslauer Rath auf n. 323 und meldet dasselbe, was die drei Cardinäle der Commission in n. 328 bereits angekündigt haben. Dann theilt er weiter mit, es seien ihm Gesandte vom Kaiser und von andern Fürsten in Bezug auf die böhmische Angelegenheit angemeldet worden; es werde ihm ihre Ankunft sehr lieb sein, denn er hoffe, sie würden nichts Ungerechtes begehrn, das den Process hindern oder aufschieben könne, sondern mit ihm die geeigneten Mittel zur Durchführung desselben berathen helfen. D. Rome apud s. Marcum sub annulo piscatoris die IIII Augusti 1466, pont. n. a<sup>o</sup> secundo.

Esch. fol. 315<sup>a</sup>. Ein im Texte mehrfach abweichendes Concept dieses Breves, das wahrscheinlich Fabian Hanko vorausgesandt hatte, steht 313<sup>b</sup>—314<sup>a</sup> ohne Datum, dahinter ebenfalls undatiert ein Breve an den Legaten desselben Inhalts.

---

331.

1466 August 18.

Die beiden Herzöge Konrad der Schwarze und Konrad der Weisse bekennen durch Vermittlung des Legaten mit der Stadt Breslau einen Frieden (eine gütte und gutlich vornehmen) bis Michaelis eingegangen zu sein, in den auch die Stadt Namslau auf Breslaus Wunsch eingeschlossen sein sollte. Gescheen am montage noch assumptionis a<sup>o</sup> d. 1466.

Stadtarchiv T. 18<sup>c</sup>. Or. Pap. mit den drei wohlerhaltenen aufgedruckten Siegeln der Herzöge und des Legaten. Auf der Rückseite der Vermerk: Tzenke Burszniz, Bartisch Rorer ex parte ducum prorogarunt usque ad XIII<sup>am</sup> diem post adventum d. legati in Wratislavia, id consules annuerunt. Der Legat kam am 5. Nov. aus Polen nach Breslau zurück, vgl. VII, 122. Fernerer Vermerk: Data nostre littore reversalis est feria quarta post assumptionis Marie a<sup>o</sup> etc. 1466, eciam cum appenso sigillo legati. Der Text des Friedens schon bei Sommersberg I. 933.

---

332.

1466 August 20. Wratislavie.

Legat Bischof Rudolf macht den Erzbischof von Gnesen und den Bischöfen von Krakau, Plock, Posen und Leslau nebst sämmtlichen geistlichen und weltlichen Bewohnern Polens bekannt, dass er auf Grund der Bulle Pius II, die Breslau nebst Namslau in den päpstlichen Schutz nimmt (n. 148) und auf Grund der ihm verliehenen Vollmacht (Urk. Beitr. n. 336) den Stimborius von Czimburg und Thowoczow und seine Genossen, die die Stadt Breslau bekriegen und bei Namslau gelagert sind, excommuniciert habe. Er befiehlt ihnen ferner den Angegriffenen beizustehen und verbietet die Angreifer zu unterstützen, gibt denen, die seinen ersten Befehl befolgen, den für den

Kreuzzug gegen die Türken bewilligten Ablass und verordnet die schleunige Bekanntmachung dieses Erlasses. D. Wratislavie in domo nostre solite residencie aº d. 1466 die XX. Augusti.

Esch. fol. 311<sup>a</sup>—312<sup>a</sup>. Vgl. VII, 117 u. Urk. Beitr. n. 361 u. 362.

333.

1466 September 1. Brega.

Intercession fünf schlesischer Fürsten zu Gunsten des Königs Georg bei Papst Paul II.

A.

## Der vom König vorgelegte Entwurf.

S<sup>me</sup> p. etc. Reverendus pater, d. episcopus Laventinensis, sedis apostolice legatus, jam dudum Wratislaviam adveniens varias censurarum apostolicarum litteras attulit contra serenissimum principem d. Georgium Boemie regem, dominum nostrum collendissimum, cuius et ejus inclito regno nobilissimus Slesie principatus incorporatus est, in quoquidem principatu ducatus nostri situati et comprehensi ab rege Boemie in feudum ligati descendunt, unde nos serenissimo regi et regno Bohemie fidelitatis debito vineculo sub jurisjurandi solemni prestatione sumus astricti. Nos siquidem totam causam ad nos et subditos nostros spectare cognoscentes ac veriti, ne quis subditorum nostrorum aut inter nos fortasse ex illa novitate tanquam vehementi quodam fulmine concuti posset, alterutrum juramenta prestita commemoravimus, ac etiam quod sub piissimo rege nostro tranquillum statum duximus, ex quo nostra et nostrorum commoda felicia accepimus incrementa. Ad hanc etiam concordiam nostram ope et imperio regis nostri deducti sumus et in illa confovemur, et preter ejus fomentum, ut preteritorum gesta seculorum plane declarant, in tali pace et concordia servare minime valeamus, quoniam a temporibus felicis recordacionis serenissimorum principum Wenceslai Sigismundi Alberti et Ladislai etc., quondam dominorum nostrorum et regum Boemie, quos hominum recolit memoria, pax quies et tranquillitas hujuscemodi visa non est sicut illa qua sub hoc rege piissimo perfruimur. Dumque sic stamus quieti nec inter nos ulle suspiciones sed omnium animi sincera paritate declarati sunt, prefatus dominus episcopus Laventinensis et legatus plurima se tractat in longum latumque apostolica diffundere mandata, quibus celum terram astra mariaque miscere comminatur. Nos nostre nostrorumque saluti propicere volentes in certum locum ex condicto convenimus inter nos tractare disponentes, quomodo sub inclito rege nostro tranquillitatem nobis ope majestatis sue comparatam nostram etiam provisione concurrente conservare videremus, maxime cum graciosissimus rex noster in omni cultu rituque sacrificiorum nos confoveat, prout prefati quondam reges nostri quos jam memoravimus eque fecerunt, etiam, si opus foret, novorum federum percussione roborare. Tunc serenissimus rex et dominus noster nobis exposuit, qualiter reverendissimi domini Tusculanus et Portuensis episcopi, Spolitanusque s. R. ecclesie cardinales, ex commissione sedis apostolice serenitatem suam tanquam a

fide deviam in certum terminum evocaverint, regio titulo et meritis suis omnino suppressis, qualiterque sua majestas summa humilitate vicissim se gesserit petens a v. s<sup>te</sup>, ut diem et locum rebus gerendis accommodum dici et designari una cum legatorum missione cum plena potestate dignaretur, ubi v. b<sup>do</sup> et legati a v. s<sup>te</sup> mittendi de omni circumstantia et condicione rerum plenissime possent informari, vestra vero s<sup>tas</sup> id facere negaverit, de quo mentes nostre plurimum consternate sunt. Nos enim prefatum serenissimum et gloriosissimum regem et dominum nostrum tanquam catholicum et orthodoxum principem reveremur, qui etiam ab aliis sacris Romani imperii principibus ut talis habetur et veneratur, nec quicquam in omni vita ejus conspicimus vel reprehendimus quam catholicum et orthodoxum decet principem, sub cujus tutela et protectione nos omnes regnique principes pacis et concordie nexibus colligati et federati et sub majestatis sue fide et obedientia tranquillam vitam agentes tanta pacis suavitate potimus quanta in hominum memoria unquam visa est. Denique sua serenitas neminem nostrum sollicitat compellit vel inducit, ut alio ritu vel more vivamus quam patres et avi nostri temporibus Wenceslai Sigismundi Alberti et Ladislai regum et dominorum nostrorum vixerunt. Nos igitur attendentes, quod hujusmodi apostolica precepta statum nostrum apprime respiciunt, maxime veremur, ne in nostrum nostrorumque subditorum vergant exitium, neve pax et tranquillitas sub qua jam plurimis annis auream vitam egimus ulla machinatione perturbetur, s<sup>tem</sup> v. humiliter et devote interpellantes suppliciter deprecamur, quatenus pro conservatione pacis et tranquillitatis nostre postulationibus nostris clementer acquiescere nec vanis suggestionibus sacratissimas aures accommodare neque fidem habere dignemini. Sunt enim in regno Bohemie et principatibus illi connexis nonnulli quos es alienum premit, qui suis creditoribus neque satisfacere nec judicio se sistere vellent, sunt et qui pro injuriis damnisque datis judicariam emendam subterfugere querunt, nonnulli quoque de preda vivere soliti et aliis vim inferre assueti quique jura negent sibi nata, hii turpe ducunt coram judice consistere et scientiam expectare judicantis, sed omnia pro libito agere id demum veram censem esse libertatem; cumque sciant hii suis votis locum esse non posse, quamdiu sub justissimo rege nostro cuncti regni satrape concordi pace foventur, cum nulla ipsius pateat spes receptionis, tales vanitates de gloriosissimo nostro rege falso configunt. A quibus ut v. b<sup>do</sup> aures sacras obcuret (!) et processus supradictos contra piissimum regem nostrum emissos gratiose tollere vel saltem spe felicis ineundi tractatus suspendere dignemini, diem et locum rebus gerendis accommodum designando cum missione legatorum et plenaria sedis apostolice potestate, ubi nos offerimus interventuros et ope serenissimi domini Romanorum imperatoris ac aliorum sacri Romani imperii principum accidente, de quibus minime dubitamus propter eorum federa, maxime autem principum electorum, quorum inter seculares serenissimus rex noster precipuus habetur, differentias si que supersunt et ad gloriam et honorem domini et salvatoris nostri Jesu Christi, sancte universalis ecclesie sancteque sedis apostolice facile conduci posse speramus. Jam enim Boemia per gratiam divinam cum omnibus principatibus suis ad eum statum redacta est, ut, si quis recentem aspiciat qui eam ante quadraginta triginta vel viginti annos conspicerit faciem ejus in

spirituali temporalique cultu et sacrificiorum ceremoniis dicet esse renovatam, ita ut, si quid desit in ritu sacrificiorum et ceremoniarum, minimum est respectu ejus quod defuit temporibus Sigismundi et Alberti regum, et idcirco non dubitamus id facile conduci posse. Ceterum ne vestram fallamus clementiam, hoc etiam precibus nostris adicimus quod, si v. b<sup>do</sup> has preces nostras serenissimi regis quocunque zelo vel suasu ducta contempserit, quod minime speramus tanquam ab humanitate et clementia penitus alienum, nos nihilominus tanquam duces Slesie prefatique gloriosissimi regis nostri ac incliti regni Bohemie principes et vasalli ligii juramentorum regie serenitati prescitorum non immemores eidem assistere tamquam fideles et obedientes regis regnique principes minime dubitamus. Hec v. b<sup>dni</sup> bono sinceroque zelo permoti scribimus deprecantes devoteque rogantes, quatenus vestra clementia serenissimo domino nostro Bohemie regi juxta vota sua nostrasque petitiones audientiam benigne concedere dignetur b<sup>do</sup> v., quam deus in colum servare dignetur pro felici regimine ecclesie sue sancte. Dat.

Kanzlei des Königs Georg n. 3. fol. 8<sup>b</sup>—9<sup>a</sup>, ziemlich fehlerhaft geschrieben.

## B.

### Die nach Verwerfung des königlichen Entwurfs in Brieg vereinbarte Fassung.

B<sup>me</sup> p. etc. Urget nos zelus fidei, salus publice rei et patrie supplicare s<sup>u</sup> v. obnixe atque instantissime, ut serenissimo regi Boemie domino nostro gratiosissimo non dignetur denegare audientiam per eum expeditam coram legatis s<sup>is</sup> v. Teste conscientia, rerum evidentia, negotiorum circumstantia atque qualitate id novimus utile fieri, nam alias prefatus dominus rex noster adhesionem magnam creditur habere super exhibitionibus suis, nec facilis erit ab eo discessus amicorum et subditorum suorum, et regnum tranquillatum disturbabitur, det deus, quod non cum periculo fidei et fidelium! Unde contermine regiones mirabilibus amfractibus intricari poterunt et ecclesie intestine torsiones multiplicari, et forsan postea exclamabitur: Utinam et utinam fuisset audientia data et potius maturo consilio quam immaturo et inordinato bello res acta foret! Et licet priores tolerantie et inducie fortasse inutiles et collusorie a quibusdam esse arbitrentur, talis tamen solemnis audientia ad experiendum plenius de omnibus habitudinibus circumstantiis et qualitatibus cause ipsius per s<sup>is</sup> v. legatos et nuntios non immerito laudabilis erit; et licet b<sup>do</sup> v. plurima sciat, sed cum duodecim horarum tempus varietates suscipiat, multo plura immutantur majorum temporum curriculis. O quantum optaremus s<sup>is</sup> v. clementiam ceteris rebus non distractam causam regni hujus ita plene et plenariter habere cognitam ut nos cottidie ipsam experimur: haud dubium, quod s<sup>ta</sup> v. hiis precibus nostris condescenderet. Unde favente gratia divina salubribus et multiplicibus atque efficacibus consiliis rebus ordo dari posset deo gratior, s<sup>u</sup> v. et sedi apostolice honestior et regno huic utilior necnon toti christianitati commodosior quam ibi salus esse dinoscitur, ubi multa consilia et ubi sacri imperii principes ecclesiastici et seculares adesse poterunt cum eisdem, et nos studio bone consumationis libenter intervenie-

mus, quibus fervor fidei, profectus publice rei inesse non dubitantur; ipsorum namque agendum est consilio quorum auxilia et opera necessaria sunt ad benegerenda attemp-tata. Hec sunt que humiliter et devote petimus, fideliter et sincere consulimus necnon studiosissime summeque exoptamus a s<sup>te</sup> v., obtinentes singularem confidentiam atten-tis hujusmodi exhibitionibus memorati domini nostri gratiosissimi regis. Gratiouse annuat humilibus precibus nostris b<sup>do</sup> v., quam omnipotens deus salubri felicitate exuberare faciat dextraque sua protegat pro felici statu ecclesie sue sancte regnique hujus et nostra consolatione et utili provisione. Datum in Brega prima die mensis Septembris a<sup>o</sup> d. 1466.

Eiusdem beatitudinis devoti Henricus Glogoviensis et Crosnensis, Conradus senior et Conradus albus junior Olsnensis et Kozlensis, Nicolaus Opoliensis, Przemyslaus Auswiciensis et Tostensis, Fridericus Lignensis et Bregensis, Slezie duces.

Ibid. n. 15. fol. 16<sup>a</sup>. Vgl. dazu VII, 119. Eschenloer hat schwerlich eine dieser Formeln in Händen gehabt, die Fürsten werden sie geheim gehalten haben. Dagegen hat er fol. 320<sup>a</sup>—321<sup>a</sup> die den mährischen Städten vom König vorgelegte Formel, die wahrscheinlich der Olmützer Rath nach Breslau mitgetheilt hat. Sie bewegt sich in ähnlichen Vorstellungen wie die den Schlesiern vorgelegte, betont die Aufrechthaltung des Friedens, die Freiheit von jedem religiösen Zwang, besonders aber die Heiligkeit des der Obrigkeit schuldigen Gehorsams. Sie hat noch eine Nachschrift, worin unter Mittheilung und Beifügung der dem König vom Kaiser zugegangenen Einladung zum Nürnberger Martini-Reichstage, wo über einen Türkenkrieg berathen werden sollte, (dat. VII Aug.) die Städte die grosse Geneigtheit des Königs zum Türkenkrieg betheuern und darauf hinweisen, dass er ihnen schon jetzt Rüstungen anbefohlen habe; der Türkenkrieg würde aber nicht zu Stande kommen, wenn der Papst weiter gegen den König vorgehen wolle, und Ungarn würde eine Beute der Ungläubigen werden. Esch. bemerkte hierzu: *Hec est forma quam Girsicus quatuor principalioribus civitatibus Moravie misit, secundum quam s<sup>mo</sup> domino n. eos scribere oportuit, et ut intellexi, ipse civitates non libenter fecerunt, metu tamen compulse sic in confusionem propriam ut sequitur scripserunt cum scedula inclusa.* Diese Formel steht auch in der Kanzlei des Königs Georg n. 7, fol. 11<sup>a</sup>—12<sup>a</sup> mit dem Datum Crucis exal-tacionis a<sup>o</sup> 1466 (14. Sept.). Daselbst auch noch andere, n. 12. 248—250 vgl. auch Palacky IV. 2. 395 Anm.; was dort indess von einer Formel für die schlesischen Städte gesagt ist, scheint auf Irrthum zu beruhen. Auch Urk. Beitr. n. 364 gehört in diesen Zusammenhang.

## 334.

1466 October 1. Rome.

Paul II. an den Kaiser. Weist seine Entschuldigung der Herzöge von Sachsen in der Plauenschen Angelegenheit zurück.

Paulus episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio nostro Friderico, Romanorum imperatori semper augusto. Salutem. Accepimus litteras t. ser<sup>ties</sup> responsivas aliis nostris quas ad te scripsimus super facto nobilium virorum, dilectorum filiorum n. 321 B. Hernesti ducis Saxonie, sacri imperii electoris, et Henrici de Plawen, excusantes eundem Hernestum, quod quidquam fecerit contra predictum Henricum non in favorem Girsici in regnum Bohemie occupatoris, sed propter ejusdem Henrici in se ipsum illatas inju-

rias stratorum violencias rapinas et alia hujusmodi crimina contra ipsum fecisse; quidquid fecerit, proinde eum apud nos excusas rogasque, ut propter hanc rem non ei succenseamus et ejus excusacionem admittamus nec aliquam contra eum indignacionem suscipiamus. Voluissemus, fili carissime, ut ita se haberent erga s. R. ecclesiam et nos et mandata nostra salubria isti nobiles Saxonie duces, tui nepotes et subditi, ut nullam prorsus contra eos causam indignacionis haberemus, ymmo vero ita haberemus laudare et commendare eos presertim contra hoc factum heresis Bohemorum et fautorum ejus, quemadmodum ad hunc usque diem memoria progenitorum eorum cum fama et gloria apud ecclesiam Romanam recitatur, gestaque eorum fortiter simul et contra predictos Bohemos ab unitate ecclesie separatos cum maxima laude decantantur. Sed nullam tamen habemus causam, ymmo vero totum contrarium. Non enim satis eis fuit in favorem heretici contra baronem catholicum talia perpetrasse et bonis suis eum spoliasse, sed eciam et litteris nostris et medio t. ser<sup>is</sup> a nobis moniti, ut injuste occupata restituerent, non modo non obediunt sed et falsis suggestionibus et t. ser<sup>tem</sup> et nos ipsos seducere conantur; non miramur, quod t. ser<sup>tas</sup> prestando eis fidem ita nos informet, sed de eis certe et miramur et dolemus, quod sine aliquo pudore t. m<sup>tem</sup> aliter quam veritas se habeat informare presumpserunt, et ut t. ser<sup>tas</sup> intelligat utrum ob injurias privatas an propter favorem et familiaritatem et benivolenciam Bohemi heretici hec contra catholicum baronem fecerint, mittimus tibi interclusam copiam diffidacionis eorum, quam alias ex partibus per fidedignos missam nobis habuimus, qua videtur quod et indignacio nostra justa est et excusacio eorum nullius momenti existit. Hortamur igitur t. ser<sup>tem</sup>, ut in favorem dei et religionis christiane ad catholicorum defensionem, quia in ea et dei et ecclesie contemptus et favor hereticorum continetur et justicia per eam conculcatur, mandes constringas et cogas eos, ut aliena restituant, cessent ab injuriis catholicorum, abstineant a favoribus hereticorum, ymitentur vestigia paterna et tua, exhibeant deo donacionem, prout catholicos principes decet, alioquin procedemus ad ulteriora, prout debiti nostri pastoralis esse cognoscimus. Postremo non parum admirati sumus, quod t. ser<sup>tas</sup> in litteris suis presertim ad nos illum occupatorem in regno nominet regem; illum enim quem ecclesia sancta pro rege non habet, cum propter ejus demerita in fidem non sit de ejus unitate, advocatus ejus quomodo debet regem appellare? Sed credimus errorem hunc secretarii pocius fuisse. D. Rome apud s. Marcum Kalendis Octobris a<sup>o</sup> etc. 1466.

Esch. fol. 319<sup>b</sup>—320<sup>a</sup>. Vgl. n. 321 B. Wenn nach Jordan a. a. O. 267 der Kaiser am 20. Aug. die sächsischen Herzöge beim Papst entschuldigt hat, so ist vorstehendes Schreiben, das Jordan wohl nicht richtig aufgefasst hat, die Antwort darauf.

335.

1466 October 2. Rome.

Papst Paul II. an Kaiser Friedrich III. Ankündigung, dass jetzt nach Beendigung der Ferien der Process gegen den König Georg zu Ende geführt werden solle.

Paulus episcopus, servus servorum dei etc. Carissimo in Christo filio, Friderico Romanorum imperatori semper augusto. Accepimus litteras serenitatis tue quibus nos rogas, ut in causa contra Girsicum regni Bohemie occupatorem usque ad carnisprivum supersederemus, cum principes complures ad nos ea de causa missuri sunt oratores. Nos vero, cum causam fidei nec negligenter agere nec postponere sine magno crimine possimus, in ea procedere decrevimus, mature tamen et cum omni gravitate, prout in similibus rebus fieri consuevit. Unde cum debuisset secunda Augusti immediate preteriti comparere nec comparuerit et in contumaciam inciderit, nichilominus ferias servari jussimus et ad hunc usque diem expectatum est; nunc procedetur, ut dictum est, et mature et graviter. Utinam aliquid tale afferrent oratores, si tamen in tempore venerint, quo et gloria dei et nostra omniumque catholicorum consolacio, quam ex vera ejus conversione susciperemus, locum haberent, sed satis dubitamus, quod semel in sensum reprobum datus non resipiscet. Sepius serenitas tua et nostris et sedis apostolice ammonicionibus et sua sponte eum interpellavit et salutem suasit sed persuadere non potuit, prout nec nos potuimus; quod ergo de eo sperandum sit, tua majestas videt. D. Rome apud s. Marcum die secunda Octobris 1466 a<sup>o</sup> pont. n. tercio.

Esch. fol. 331<sup>a</sup>. Vgl. n. 330 u. 337.

336.

1466 October 6. Wratislavie.

Der Minorit Bruder Gabriel von Verona, als Stellvertreter des Legaten Rudolf, erlässt eine Bekanntmachung an die Pfarrer und anderen Geistlichen der Diözesen Breslau, Meissen und Olmütz, worin er n. 329 als eine Appellation vom Papst an ein zukünftiges Concil bezeichnet, wie sie Pius II. 1460 auf dem Mantuaner Congress (durch die Bulle Execrabilis) als ketzerisch bei Strafe der sofortigen Excommunication verboten habe. Er befiehlt den Geistlichen dies von der Kanzel zu verkündigen und alle ihre weltlichen Unterthanen von etwaiger Theilnahme an dieser frevelhaften Appellation oder Vertheidigung und Begünstigung derselben unter Androhung des Bannes abzumahnen. Volumus autem, quod quilibet vestrum predictorum diem execucionis sive publicacionis presencium manibus propriis vestris subscribendo annotetis, super presentacione vero vobis et cuilibet vestrum facta stabimus nostri nuncii jurati latoris presencium relacioni et adhibebimus plenam fidem. D. Wratislavie apud s. Bernardinum die VI. Octobris a<sup>o</sup> d. 1466, nostri sub impressione sigilli.

Esch. fol. 316<sup>a</sup>—317<sup>a</sup>, vgl. VII. 122.

337.

1466 October 10. Rome.

## A.

Der Papst antwortet dem Breslauer Rath auf das Schreiben vom 29. August (abgedr. VII, 118—119), freut sich über die muthvolle Abwehr der Gefahr und verspricht, dass der Process gegen den König nun ohne Unterbrechung zu Ende geführt werde. Instru-  
vgl. n. 335. tur continuo processus adversus eum, edicta publicantur variis in locis, citatur solem-  
niter ad ea que singulis diebus aguntur, et nichil eorum usque ad finem omittitur que  
ad celerem et bonam expedicionem pertinere putentur. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup>  
inc. dom. 1466, sexto Idus Octobris, pont. n. a<sup>o</sup> tercio.

## B.

Aus derselben Veranlassung schreibt er auch an den Kaiser und bezeichnet den Angriff des Königs auf Namslau als ein Zeichen seiner Unverbesserlichkeit. Der Process müsse und werde deshalb zu Ende geführt werden, da leider alle Hoffnung auf eine Sinnesänderung des Königs aufzugeben sei. D. uts.

Esch. fol. 319<sup>a—b</sup>. und fol. 331<sup>a—b</sup>.

## C.

Am selben Tage mahnt er auch den Markgrafen Albrecht noch einmal von der Verheirathung seiner Tochter mit dem Sohne des Königs Georg ab.

Kanzlei des K. Georg n. 37. 38. Vgl. n. 300 Note.

338.

1466 November 5. Rome.

Der Papst antwortet den 5 schlesischen Herzögen auf n. 334 ablehnend. Sie hätten gewiss aus guter und aufrichtiger Absicht ihren Schritt gethan, wie sie ja durch den Adel ihres Geschlechts und die Reinheit ihres Glaubens ausgezeichnete Fürsten seien. Deshalb wird ihnen zur Antwort noch einmal das ganze Sündenregister des Königs von seinem Krönungseide an entwickelt und daraus der Schluss gezogen, dass der König keine Versöhnung mit der Kirche wolle. Wenn er Gehör wünsche, so hätte er das durch persönliches Erscheinen in Rom am leichtesten gefunden. Er der Papst habe schon 13 Monate seit dem Beginn des Processes (2. Aug. 1465) verfließen lassen, ein Zeichen seiner Langmuth, jetzt müsse man zum Ende kommen. Die dogmatische Frage sei längst entschieden, darauf könne die Kirche nicht noch einmal zurückkommen, was mit gelehrt Citanen ausführlicher begründet wird. Zum Schluss spricht der Papst die Hoffnung aus, dass auch sie als Fürsten Deutschlands den Spruch der Kirche werden ausführen helfen, wie es sich für die fromme Ergebenheit ihrer Väter und den Ruhm ihres Geschlechtes gezieme. — D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> d. 1466 Nonas (?) Novembris pont. n. a<sup>o</sup> tercio.

Esch. fol. 331<sup>b</sup>—332<sup>a</sup>.

339.

1466 November 6. Rome.

Der Papst antwortet dem Rath und der Gemeine von Breslau auf n. 328 und überträgt die Angelegenheit des Vincenzklosters dem Legaten zur Entscheidung.

Dilecti filii etc. Receptis nuper consulatus et communitatis vestre litteris super reformacione monasterii s. Vincencii ordinis Premonstratensis civitati vestre adjacentis et consideratis diligenter omnibus que et a vobis et a venerabili fratre episcopo Wratislaviensi ad eundem effectum scribebantur, rei ipsi cum nos nullam de ea certitudinem haberemus, juxta necessitatem providendum venerabili fratri episcopo Lavantino, nostro ac sedis apostolice in partibus illis oratori, per optimas litteras nostras deditus in mandatis. Recte enim consultum esse putavimus, si illi cuius fidem et diligenciam in aliis nostris et sedis apostolice agendis quotidie in partibus ipsis experimur, rei similiter istius provisionem cum facultate oportuna committeremus. D. Rome apud s. Marcum sub annulo piscatoris die VI Novembris 1466 pont. n. a<sup>o</sup> tercio. —

Esch. fol. 332<sup>b</sup>.

340.

1466 November 21. Ex Nuremberga.

A.

Fantin de Valle, apostolischer Nuntius auf dem Nürnberger Reichstage, ersucht den Breslauer Rath um eine Darlegung der vom König Georg gegen die Stadt begangenen Uebelthaten.

Spectabiles ac prestantissimi viri, fautores et domini precipui. Salutem. Putabam dominum Fabianum oratorem vestrum in urbe ita disposuisse, ut nuncium vestrum aut informaciones Nuremberge in dieta reperirem adversus nephandissimum Georgium de Cunstat et Podiebrat, damnatum hereticum intrusum in regno Bohemie, qui tante elacionis est et mendacii, ut speret mundo accusante se excusare. Non est veritus inficiari ea que publice palam in Pragensi dieta professus est et fecerit; deo infidelis vgl. n. 329. hominibus se infidelem redi posse sperat, ab imperatore vocatus ad dietam que pro vgl. n. 334 B.N. succursu fidei agitur oratores transmisit, quos ut hereticos a tractatibus exclusi, divina ante eos celebrari interdicendo. Nullam adhuc querelam de processu pontificis habuerunt sed habere pretendunt, itaque cuperem de suis maleficiis erga vos gestis ac christianissimam rempublicam vestram molitis cercior quam primum fieri, quoniam de his que post carceracionem meam gessit non ita singularem habeo informacionem, sicut apud vos spero. Hoc quidem cedet ad decus et ornatum vestre reipublice et detestacionem nephandissimi heretici. Valete et me, uti consuevistis, commissum habete. Ex Nuremberga die XXI mensis Novembris anni. etc. LXVI. —

Esch. fol. 321<sup>b</sup>. Die Rede der böhmischen Gesandten auf dem Reichstag, in der Fantin als ein unglaubwürdiger Schwätzer behandelt wird, in den Urk. Beitr. n. 366. Vgl. auch n. 367. Vgl. sonst Palacky IV. 2. 417 Anm. und Kluckhohn S. 263—264. Bei Gemeiner III, 410 beschwert sich der König Georg beim Rath von Regensburg über die Haltung des dortigen Bischofs.

## B.

Am selben Tage schreibt der Kaiserliche Reichstagscommissar Freiherr Ulrich von Grafeneck an die Breslauer, dass sie aus Verhinderung und Versäumniss des Boten früher keine Einladung zum Reichstage erhalten hätten. Wenn ihnen jetzt die Zeit zur Beschickung zu kurz sei, so werde er ihnen den Reichstagsabschied schriftlich mittheilen, indem er hoffe, dass sie zur Ausführung der gefassten Beschlüsse gegen die Türken sich nicht säumig zeigen würden. D. Nuremberg uff freitag nach sant Elisabet tag a<sup>o</sup> etc. 1466.

Esch. fol. 322<sup>a</sup>. Antworten in n. 342.

341.

1466 November 24.

## Der Breslauer Rath an den Papst in Betreff des Thorner Friedens.

B<sup>me</sup> p. etc. Solent que magna sunt et hominibus admiranda presertim jocundiora celerrime orbis terrarum fines transvolare. Hinc credimus jam ad aures v. s<sup>tiis</sup> pervenisse tam felicissimum dudum desideratissime pacis rumorem, quo ubique magnis tripudiis longissima et crudelissima Prutenica guerra que christiani sanguinis sevissima hactenus effusio fuit tranquillitati intelligitur proclamaturque redacta, ac Polonorum et Prutenorum et ambarum parcium adherencium innumerorum dira cessasse nunciatur interfeccio, accedente ministerio pacis angeli rev<sup>mi</sup> d. Rudolfi episcopi Lavantini, qui pridem, ut v. s<sup>ti</sup> scripsimus, nomine ejusdem v. s<sup>tiis</sup> inter extremas (!) partes, serenissimum videlicet dominum regem Polonie et reverendum dominum magistrum generalem ordinis Theutonicorum in Prussia mediatorem se dedit, rem omnium nutu desperatam et pene impossibilem aggressus divino auxilio ad optatam intencionem perduxit, gloriosam et omnibus bonis christianis gaudiosam concordiam pepigit, quam innumeri excellentes et magni viri sepe sepius tentantes proficere potuerunt nichil, donec idem angelus a v. s<sup>te</sup> descendederet pacis, prefatus rev<sup>mus</sup> d. Lavantinus, cui in agendis suis divina gracia mirifice collata cognoscitur. Longum quippe esset, b<sup>me</sup> p., enarrare gaudium et exultacionem toti regno Polonie et annexis suis dominiis amplissimis ac mestissime destructe quoque terre Prussie veluti novis solis radiis exortam, tacemus de convicinis provinciis undecunque longe et prope adjacentibus, in quibus ab universo populo cum omni devocione lacrimarumque profluii vicario Jhesu Christi benedicitur, s<sup>mo</sup> patri et domino nostro, domino Paulo pape secundo honor et gloria tribuitur ac immense graciarum acciones referuntur, cuius eciam memoria in istis terris sine oblivione perpetue celebrabitur, qui hunc virum pacis angelum sic dignatus est ad salutem et consolacionem mittere populorum, per quem tanta pax operata est, ex qua non solum partibus prefatis pridem dissidentibus nunc vero amicabiliter compositis respiracio, sed et toti christianitati salus redundabit ac rebus fidei et nostris murus constructus est fortitudinis, sinagoge autem

hereticorum terribilitas, cui hec pax amarior quam serpenti vox incantantis. Adjunxeramus sue rev<sup>me</sup> dominacioni pro itineris consolacione unum ex consulatu nostro, a quo vgl. VII, 119. concordatarum parcum gratitudinem intelleximus, quomodo optime ambe partes contente et hilari animo concordiam amplectate sunt, quod eciam manifeste patuit ex leticie signis in ympnis canticis et igne undique in civitatibus opidis castris et villis tripudialiter ostensis. Satis eciam cognovimus, quomodo sua rev<sup>ma</sup> paternitas ab ambabus partibus amore et reverencia, precipue apud regem et omnes majores Polonie sicut pater a filiis dilecta et omni honore tractata est, quem non sibi sed deo et v. s<sup>u</sup> asscripsit, preciosa exenia multa sue rev<sup>me</sup> paternitati oblata sunt que penitus suscipere noluit, ut Poloni, qui advenas more patrie donis et exeniis excipiunt et venerantur, admirantes se tanto viro rectissimo similem vidiisse negant, cujus denique bonitas regem adeo in amorem succedit, ut eum consiliarium suum eligens<sup>1)</sup> et postulans vix tandem ex precibus prelatorum instantissimis quod voluit obtinuit; preterea per prefatum conjuratum nostrum intelleximus, quomodo ipse serenissimus dominus rex missurus sit solemnes suos oratores ad v. s<sup>tem</sup> qui inter cetera rogaturi sint, ut v. s<sup>tas</sup> merita rev<sup>mi</sup> d. Lavantini condignis premiis retropensare et ad exaltandum honorem sue rev<sup>me</sup> paternitatis gracie dignabitur intendere, ad quod nostre preces deesse minime debent, sed quantum parvitas nostra potest impensis substanciis et personis pro majoritate sue rev<sup>me</sup> dominacionis diligenciores paracioresque ceteris esse debemus. Cum vero non dubitemus v. s<sup>tem</sup> et posse et velle suis fidelibus servitoribus et legatis dignissimis facere remuneracionem, credimus hujusmodi oratorum preces et nostras per v. s<sup>tem</sup> in majoritate sue rev<sup>me</sup> dominacionis facienda exaudiendas, eam talem quam merita sua esse requirunt et bene meruerunt clementissime faciendo. Ceterum, b<sup>me</sup> d., in rebus nostris quid faciendum et consulcius videatur, venerabilis pater Gabriel de Verona, frater ordinis minorum de observancia. is ostensor coram clare referet, quem prefatus rev<sup>mus</sup> d. Lavantinus et nos v. s<sup>tas</sup> conspectui dirigimus desuper plene informatum et in ipsis quidem rebus expertissimum, humilime et devotissime petentes sue paternitati indubitatam fidem v. s<sup>tas</sup> adhibere dignetur et intrepide procedere et facere pro debito sui officii in causa fidei, quam deus felicissime diriget et conferet virtutes intercedentibus oracionibus sui populi. incepta et incipienda ad optatum finem producendi pro singulari gloria v. s<sup>tas</sup>, quam sua omnipotencia conservet et faciat longe sane vivere pro nostra unica consolacione. D. die Lune XXIV mensis Novembris in vigilia s. Katherine, a<sup>o</sup> etc. LXVI. —

Esch. fol. 318<sup>b</sup>—319<sup>a</sup>. Vgl. VII, 123. Ich will bei der Gelegenheit hinweisen auf eine cordia dominorum de Borussia cum rege Polonie perscripta per Joh. Rott, die einzelnes Eigenthümliche enthält, in den Sitzungsberichten der Wiener Akademie, hist.-philos. Klasse 1850, II. S. 680. Sie beruht offenbar auf dem, was der Legat Rudolf an den kaiserlichen Hof gemeldet hatte.

<sup>1)</sup> Dlugoss II, 394.

342.

1466 December 5.

A.

Der Breslauer Rath antwortet Fantin de Valle auf n. 340 A und verweist ihn in Betreff der gewünschten Auskunft auf einen Brief des Legaten, der aber nicht vorliegt. D. feria sexta ante festum s. Nicolai confessoris a<sup>o</sup> etc. LXVI.

B.

Ebenso antwortet er dem Freiherrn von Grafeneck auf 340 B, die Breslauer würden neben andern christlichen Leuten thun, so sichs gebühren würde. Adir ewr edilitat, als wir nicht zweifln, ist kundig und oftembar, mit was swerer anfechtunge und widerwertigkeit wir umbgeben sint, nicht weniger denn jene obberurte sache den hiligen cristlichen glouben anlangende, deshalb wir noch ewr beger also bereit als wir doch gerne willig teten, nicht gesein mögen etc. — G. am freitag vor sant Niclas, a<sup>o</sup> etc. LXVI.

Esch. fol. 325<sup>b</sup>—326<sup>a</sup>.

343.

1466 December 21. Wratislavie.

Legat Bischof Rudolf und Bischof Jost von Breslau erklären nach längerer Einleitung, dass der Magister Stanislaus Galli, Sindicus des Breslauer Domcapitels den Antrag an sie gestellt habe, quatenus secundum formam et tenorem hujusmodi canonum contra et adversus nobiles providos et discretos Dytbrandum Reybenitez capitaneum, Henricum Petirswalde, Joannem Schindl in Domancez, Joannem Bogk, burgensem in Jawr, milites Joannem Nympsch, Joannem Gotsche in Kienast, Joannem Schelledorf in Furstenstein, Georgium Schellendorf in Pankundoff, Georgium Ceteris in Kynsberg et Joannem Ceteris in Adilsbach manentem. nec non magistros civium consules et juratios oppidorum Sweidenicz Jawer Streghen Lembergk Hirsberg Lehen Bulkeynheyn Bunczelaw Reichenbach omnesque et singulos castellanos et homagiales districtuum prefatorum ceterorumque oppidorum in ipsis districtibus et quemlibet eorum ex eo, quia quosdam Nickelschein von Brawne, Joannem Rachelicz, capitaneum in Lehne, Conradum Bela et Joannem Frysze<sup>1)</sup> cum eorum complicibus et adherentibus, qui villam et homines eorum illam inhabitantes et ad dictos dominos capitulum hereditario jure spectantes, Hoendorf vulgariter nunccupatam et in dicto districtu Jawrensi sitam<sup>2)</sup>, bonis et jumentis eorum spoliarunt, illa sibi nequiter et inique usurpando et abigendo et similiter illos homines depactando contra dictas canonum et statutorum provincialium constitutiones, in ipsorum dominorum capituli magnum prejudicium et gravamen atque offensam

<sup>1)</sup> Bei der zweiten Erwähnung heissen die Namen Nicklschin vero Brawne, Johannem Rachelicz in Lehne, Conradum Belet et Johannem Fersze.

<sup>2)</sup> Nach Knie ist dies dem Domkapitel gehörige Dorf Hohendorf in der Nähe von Goldberg gelegen.

dei et beatorum patronorum alme ecclesie Wratislaviensis atque scandalum plurimorum, [non impediverunt<sup>1)</sup>], procedere dignaremur justicia mediante. Sie befehlen deshalb den Geistlichen der Breslauer Diöcese, dass sie die in erster Reihe genannten Personen und Behörden auffordern binnen 15 Tagen die vier letztgenannten Berauber des Dorfes Hohen-dorf zur Herausgabe des Raubes und zur Vergütung des Schadens zu zwingen (compellere current et coartare studeant). Sollten die erstgenannten Personen und Behörden dies nicht thun, so belegen Legat und Bischof die Personen mit dem Bann und die Orte mit dem Interdict und befehlen den Geistlichen dies zu verkündigen, mit der Weisung an diese, über ihre Schritte und deren Erfolg schriftlich zu berichten. D. Wratislavie in curia episcopali nostris sub sigillis aº d. 1466, die XXI mensis Decembris, pont. d. n. s<sup>mi</sup> etc. Pauli pape II anno tercio.

Kanzlei des Königs Georg n. 123. Vgl. dazu VII, 124.

## 344.

1466 October — December.

Gegenschrift gegen König Georgs Manifest in n. 329. Aus Carvajals Feder.

Gloriatur Georgius qui se vocat Bohemie regem in litteris quas ad serenissimum regem Hungarie dedit, quod in minori estate adhuc constitutus ad regnum Bohemie aspiraverit, indignum certe bono viro et nephandum facinus de se ipso confessus, sed magna profecto veritatis vis est que sese fateri eciam invitatos aliquando compellit. Nam cum Georgius scelera sua speciosis nominibus protexeret et detestanda facinora virtutes appellari vellet et tirannidem suam merita in patriam vocari laudesque suas recensere putaret, non id effecit quod simulare semper et dissimulare parata voluntas instituit, ut scilicet laudes suas diceret quas dicere non poterat, cum nullas omnino haberet, sed ut conscientia mens scelerum suorum rei veritatem eo eciam nolente fateretur et instita sibi regnandi cupido illius vel inviti voce sonaret. Verum excusat sese Georgius et huic facinori suo pulchrum pretendit nomen. Aut enim, ut verbis suis jam utar, se non ambitione ductum sed miseracione pervictum ad regni gubernacula aspirasse, quasi commiseratio calamitatum regni eum pium videlicet et misericordem virum commoverit, ut suis laboribus aliorum commodo et quieti consuleret suisque periculis propulsaret aliena, scilicet. ut fuit, cur regnum affectaret. Nullus jam erat in tanto regno inter tot nobilissimos proceres, inter tot spectabiles et clarissimos barones, inter tot illustres principes, qui curam regni suseipere posset. Inventus est solus Georgius de Podiebrat parentibus inter regni proceres haud claris et eis hereticis ortus, qui regni calamitatibus miseratur, qui salutem rei publice curaret, qui regni gubernacione dignus esset. Sed satis jam constat, qua mente ille gubernacula regni concupiverit qui ab adolescencia sua ad hec omnia studia convertit, ut regnum Bohemicum aliquando occuparet. Nam ut hii sciunt qui rerum nostra etate in Bohemia gestarum memoriam habent, nulla unquam catholico

<sup>1)</sup> Dies oder tutati sunt oder ein ähnlicher Ausdruck ist hier offenbar im Manuscript ausgefallen.

et vero Bohemie regi Georgius paruit. Quippe Sigismundo cesari naturali Bohemie regi, ne paterno et avito regno potiretur, Georgius jam tum notorius hereticus una cum ceteris regni hereticis potenter restitit; Alberto Sigismundi genero et Bohemie regi palam hostis fuit et cum hereticis qui alium sibi ex Polonia regem accersiverant conspiravit; defuncto Alberto Menardum de Nova Domo nobilem et catholicum baronem, qui ex lege regni insignia regalia conservabat et penes quem summa regni potestas fuit cuique omnes boni omnes catholici parebant, per prodicionem captum extinxit, Praga deinde capite regni in potestatem suam simili prodicione redacta ad reliquas civitates et opida regni arces et loca munita contendit eaque cum hereticorum potentia, qui tunc plurimum in regno valebant, cum consuetis artibus et dolis suis obtinuit, bonos deinde et catholicos omnes, nam heretici vel medium catholicorum jam sibi libenter parebant, partim vi partim variis fraudibus circumventos oppressit ac deinde tocius regni sibi gubernacionem assumpsit. Verum nec ista satis erant Georgio gubernandi cupidine jam magis incenso. Itaque nichil actum esse judicans, dum quid superesset agendum, in omne nefas preceps ferebatur. Degebat tunc sub tutela divi cesaris Fredrici Ladislaus Alberti filius Sigismundi nepos, verus et naturalis Bohemie rex, quo vivente nec satis firmam ratus tirannidem suam fore nec diu suspicere posse; ut igitur voti tantopere desiderati aliquando compos fieret, Ladislaum paulo post a tutela cesaris exemptum Georgius, ut gloriatur, magno applausu in Bohemiam duxit, non ut ille regnaret. sed ut cicus de medio sublatus Georgio regnandi locum faceret. Quonam modo Ladislaus in Bohemia regnaret, cum omnes civitates, omnia opida, omnes arces et loca omnia regni munita, regalia eciam insignia, ipse denique Ladislaus in Georgii potestate esset, ille civitatibus, ille provinciis regni quos vellet hereticos et sibi faventes rectores preficeret, arcium custodes deputaret, populo judices daret, omnes regni et regios officiales pro suo arbitrio poneret? Sed ut exitus docuit, cur Ladislaum in Bohemiam Georgius duxerit, nempe ut Ladislao immaturo funere absumpto Georgius jam libere regnaret, quod et postea statim subsecutum est. Nam Ladislaus intra paucos dies postquam Bohemiam intravit acerba morte vitam finivit, et Georgius quod ab ineunte estate semper expetivit regnum sibi et nomen regni deinde imposuit. In hunc igitur modum voti tandem compos effectus omnia jam sibi licere existimavit neminemque sue tirannidi posse resistere. Itaque paullatim, ut tirannorum mos est, insolencius agere cepit, nunc hunc nunc illum variis confictis occasionibus opprimere, innocencium eciam nobilium regni bona deripere, proceres et barones regni aliquos facultatibus et dominiis privare, catholicos ubique in regno variis modis persecui, hereticos exaltare illosque catholicis preficere, cuncta pro suo arbitrio nichil ex procerum consilio, ut olim catholici reges consueverunt, agere, omnia denique ad suum commodum et nichil ad commune bonum referre, leges regni abrogare et sine qua regna subsistere non possunt justiam pervertere, catholicam religionem sine qua nec reges quidem constant delere, et ut tirannidem suam liberius continuare possit et diuturniorem efficere, filios suos hereticos ambos alterum regem et sibi in regno successorem, alterum archiepiscopum Pragensem facere instituit, que singula considerantes catholici et nobilissimi Bohemie barones et Georgii tirannidem

ultra ferre non valentes, iniquissimis illius dolis et perniciosissimis fraudibus jam undique detectis et in magnam bonorum omnium perniciem quotidie prodeuntibus, in tempore resistendum unanimi voto censuerunt, non ut olim Lucius Katelina et ceteri ejus coniurati quorum Georgius meminit ere alieno gravati, nam omnes hii magnis opibus et claris dominiis pollut, aut rerum novarum cupidi, cum clarissimas patrum suorum virtutes imitentur, qui pro legibus, pro justicia, pro libertate regni et ut in illo veri et catholicorum reges regnarent semper pugnaverunt: sed ut intollerabilis Georgii tirannus ad suorum bonorum omnium exterminium intenta cohiberetur eisque liceret secundum regni leges in statu et honore suo more progenitorum suorum vivere, indignum existimantes ea se a Georgio heretico perpeti eis neque genere neque ulla ex parte comparando que progenitores sui ne a catholicis quidem et veris Bohemie regibus unquam sustinuerint. Hec sunt illa preclara Georgii facinora in Bohemia hactenus patrata, hec pax illa quam Bohemie tradidit, veram scilicet pacem regni turbavit, bonos et catholicos oppressit, verum regni heredem extinxit, regnum occupavit, tirannidem in regno exercuit eamque perpetuam facere contendit, leges regni abrogavit, justiciam subvertit, catholicam religionem delevit, divina et humana jura violavit; sed neque dissimilis est huic pax illa quam vicinis Bohemie provinciis dedisse se jactat: tristis est Franconia versu*cii* Georgii et aliorum hereticorum quos ille ducebat gravissima sepe damna perpessa, tristes sunt item Bavaria et Austria injusto sepe bello petite. Hec sunt igitur speciosissime Georgii laudes quibus ille tantopere gloriatur. Sed defatigatus jam tandem laudibus suis Georgius ad aliorum transit injurias, ornaciores scilicet laudes suas et splendidiores futuras existimans, si aliorum benefacta carperit idque suis laudibus accessurum credens quod alieno honori detraherit.

Et in primis calumpniatur Romanum pontificem Christi vicarium, ut videlicet capite primum laccessito ardencior ad reliqua membra laccessenda transiliat, deinde reverendissimos patres ac dominos s. R. ecclesie cardinales carpit et inter carpentes Fantino quoque apostolico oratori obloquitur: Romanum siquidem pontificem palam levitatis arguit, illum ad credendum nimis facilem esse, illum leviter de se omnia credere asserit, illius denique credulitatem contumeliosis eciam verbis reprehendere non veretur, pro cuius fide ne deficeret salvator noster Jhesus Christus oravit. Magnum certe in quovis principe vicium credendi facilitas et in Romano pontifice eo perniciosius, quod ille super gentes et regna ab eodem nostro salvatore constitutus omnes judicat a nemine judicandus, quod si ita ut scripsit de Christi vicario Georgius credidit, se ipsum profecto maxime levitatis accusat. Levissimi namque hominis est et ad credendum nimium precipitis id de Romano pontifice suspicari quod eciam a quovis inferiori principe alienum debuit credere, neque enim vir gravis tantum de Christi vicario vicium facile crederet, ut pro voluntate emulorum cuiusquam vel ad auram levis fame, ut Georgius criminatur, contra quemlibet judicium constitueret. Sed aliter quam scripsit Georgius sensit et Romanum pontificem post multas dilaciones non sine magna maturitate contra se processum instituisse cognovit, quod et longe verisimilius est. Neque enim illum latere potuit quociens jam antea monitus fuisse, falsum profecto sese calumpniatorem ostendere.

dit. Nam et in Constancensi et Basiliensi conciliis nota fuit atque damnata Georgii heresis, pro qua extirpanda tot in Bohemiam oratores, tot legati per apostolicam sedem sunt missi, ut vel sola illorum nomina referre sit labor et audire tedium. Sed cum per illos jam dudum sepius monitus eset, sancte memorie Pius pontifex tum litteris tum nunciis apostolicis Georgium sepenumero monuit, ut aliquando ab heresi resipisceret et ad unionem ecclesie rediret et presertim ea servaret que juraverat, dum regni sibi coronam imposuit; auditus est Pius pontifex sed minime exauditus. Nam Georgius rem differre et de die in diem moras querere, heresim dissimulare, variis modis causari, solitas modo hanc modo illam causam pretendere, aliquando eciam reduccionem suam promittere cepit, sed tandem ad solitas [dolositates] conversus apostolice sedi et catholice religioni illudere cogitavit, qua de re post multas dilaciones eciam ad petitionem divi cœlis Frederici Georgio indultas, cum Pius sibi verba dari sentiret et omnia incassum abire, Georgium nullius promissi memorem in perfidia sua duriorem persistere, tandem contra illum veluti hereticum et in heresim relapsum aliisque criminibus infamem in publico consistorio citacionem decrevit, que cum superveniente obitu Pii executa non fuisset et christianissimus cesar Fridricus per oratores suos <sup>suum</sup> d. n. Paulum pontificem interim ad apostolatus apicem assumptum iterum rogasset, ut sub spe reduccionis Georgii processus suspenderet. quamquam non lateret pontificem ea que cum predecessore sue per Georgium facta essent, ut tamen nichil ultra a Romano pontifice desiderari posset quod ad reduccionem Georgii et solitam apostolice sedis benignitatem pertinere videretur, precibus cesaris pontifex annuit, processus inceptos suspendit, longam dilacionem indulxit. Interim Georgium expectavit, ut se ecclesie catholice conformaret. Sed cum nec sic ille reduci vellet sed in heresi pertinacius obduraret et se undique forcearem faceret, ut catholice religioni magis nocere posset, et jam palam regni catholicos persequeretur atque oppimeret, hereticos undique in regno extolleret et catholicis prefereret, non potuit Romanus pontifex sine maximo catholice religionis detimento et evidenti catholicorum periculo Georgii perfidiam amplius ferre. Instante igitur et sepius petente procuratore fidei in publico consistorio presentibus reverendissimis patribus et dominis s. R. ecclesie cardinalibus, presentibus eciam episcopis et aliis ecclesiasticis in multitudine copiosa, causam super heresi et relapsus in illam aliisque criminibus tribus ex ipsis reverendissimis dominis cardinalibus commisit. Itaque Georgio qui unum legatum peciit tres delegati concessi sunt et hii dignissimi quidem et integerrimi patres ab omni suspicione remoti<sup>1)</sup>). Nec est quod Georgius de loco causari possit, in urbe Romana communi omnibus patria causa commissa est, ubi religionis caput est, ubi locus sanctorum est quem dominus elegit, in quo summi sacerdotis tribunal constituit<sup>2)</sup>), ad quem omnes causas majores et presertim fidei referri oportet, ubi omnes cause magna gravitate et gravissimo doctissimorum hominum judicio terminantur et quod ubique per orbem christianum vel ignorancia vel malicia judicum aut alio quovis errore peccatur juste corrigitur et emendatur. Liquet igitur contra Georgium non leviter neque temere,

<sup>1)</sup> Diese Stelle könnte etwa gegen Carvajals Autorschaft sprechen. <sup>2)</sup> Esch. constitueret

ut ipse conqueritur, sed post multas expectaciones cum magna gravitate ad commissio-  
nem cause processum.

Sed ille omnem defensionem suam in aliorum conviciis ponens, cum principem dele-  
gantem satis lacescivit, ad reverendissimos delegatos progreditur, illos carpit, illos repre-  
hendit et quasi suspectos sibi et inimicos sibi recusare videtur, quod in citacione decreta  
eum titulo regalis dignitatis qua ipso notorius hereticus revera privatus exstitit non  
vocaverunt neque eum regem Bohemie, ut asserit, sed veluti privatam personam humilis  
castri adjecione cognominatam citari mandarunt. Quod si citacionem decretam Georgius  
diligenter inspexerit, sese ut debuit appellatum inveniet, videlicet Georgium de  
Podiebrat, pretensum Bohemie regem. Nam a principio instituti ordinis judicarii hic  
mos per apostolicam sedem et delegatos ejus semper observatus est, ut in judicium  
presentim super criminibus vocati hujusmodi vel simili adjecione cognominarentur, quod  
cum in omnibus processionibus apostolice sedis et delegatorum illius tum eciam in plu-  
ribus decretalibus epistolis Romanorum pontificum in corpore juris clausis cernere licet,  
in quibus processus contra reges et imperatores habiti continentur. Non nocet in judi-  
cium vocato omisso dignitatis qui alias a criminibus objectis immunis existit, nam docto  
de innocencia sua per judices absolvitur et accusator damnatur; nichil ob hoc in judi-  
cium vocato deperit, nichil ille honorum aut fame amittit, quinymmo et clarior evadit,  
qui injuste accusatus justius absolvitur et innocens declaratur. Non debuit igitur Georgius  
conqueri id secum factum esse quod ab inicio ordinis judicarii in omnibus causis  
eciam contra reges et principes extitit observatum. Causatur et illud Georgius non  
recte per judices factum, quod super relapsu in heresim citatus existat, qui, ut asserit,  
de heresi non sit ante convictus. Verum est quidem, quod citacio Georgium in judi-  
cium vocat super heresi perjurio sacrilegio blasfemia et aliis criminibus que ille omnino  
subticuit, et deinde eciam super relapsu in heresim abjurata. Neque id inconveniens  
est aut sibi ex aliqua parte contradicit, ut quis super heresi et relapsu in illam in judi-  
cium vocetur, cum omnis in heresim relapsus haud dubium hereticus sit, quamquam  
non omnis hereticus sit relapsus, quod si per cause discussionem constiterit, Georgium  
neque hereticum esse neque relapsum nec aliis sibi per procuratorem fidei objectis cri-  
minibus obnoxium, absolvendum illum procul dubio justissimum judices et eum inno-  
centem et catholicum omni orbi christiano publicabunt et heretici sibi nomen auferent,  
quo ille in terris nichil habet antiquius quod ad maximum illius honorem et gloriam  
redundabit.

Ceterum ut neminem transeat intactum, Georgius Fantinum oratorem apostolicum  
privaricacionis accusat, propterea videlicet quod is qui procuracionem negotiorum Geor-  
gii apud sedem apostolicam aliquando gesserat, ad Georgium orator apostolicus venerit:  
facilius certe et contempnenda pocius quam confutanda objeccio, et ex qua si recte  
discuciatur Fantinus laudem non vituperium meruit. Recte enim gessit aliquando Geor-  
gii negotia Fantinus. Num igitur Romanus pontifex illum oratorem suum ad Georgium  
mittere non potuit, aut Fantinus injunctum sibi a Romano pontifice legacionis officium  
debuit refutare, qui certe ad subeundum munus apostolice legacionis ad Georgium eo

magis videbatur ydoneus quo illi ex officio quod gesserat familiarior videbatur? Mittebat enim Fantinum pontifex super his rebus que et salutem Georgii et illius et regni Bohemie, catholice religionis et dei honorem concernebant. Sed ut falsi culumpniatoris mos est, subticuit veritatem Georgius et falsum dixit. Aliter enim sese res habet quam ille asseruit. Nam cum Georgius ad felicis memorie Pium pontificem oratores misisset, non ut illi obedienciam prestaret, ut catholici Bohemie reges consueverunt, id enim nunquam cogitavit, sed ut moras et temporis dilacionem quereret ac processus impediret, cumque illi per Romanum pontificem benigne recepti et in publico consistorio pleno auditи nonnulla catholice religioni inimica et prorsus heretica a Romano pontifice concedi petissent, que olim sibi in Basiliensi concilio concessa dicebant et compactata vocabant, illaque pontifex evangelica et apostolica auctoritate reprobasset mandassetque oratoribus, ut ex parte s. R. ecclesie et apostolice sedis Georgium moverent, ut dimissis oratoribus ad catholice ecclesie unitatem tam diu expectatus aliquando rediret, ipsique oratores virum aliquem gravem ac sciencia et virtute prestantem una secum ad Georgium mitti postulassent qui illi apostolice sedis mandata referret, hereretque pontifex et deliberaret, quisnam huic muneri obeundo ydoneus videretur, mox oratores Georgii Fantinum tune in Romana curia presentem nominarunt eumque una cum eis ad Georgium mittere pecierunt, illum ad hoc munus maxime ydoneum censemtes qui et linguam Bohemicam sciret et Georgio ex officio familiaris esset ac virtutibus et sciencia clarus. Pontifex ubi ista cognovit, Fantinum dudum antea a procuracione Georgii liberum una cum oratoribus potentibus ad Georgium misit<sup>1)</sup>), ut illi salubria apostolice sedis mandata exponeret. Fantinus autem ubi in Boemiam venit, in conventu procerum regni injunctum sibi munus explens Georgium monuit, ut relictis erroribus in viam veritatis gressus dirigeret et benignitatem pocius apostolice sedis quam juris rigorem experiri mallet. At Georgius contra quam ratus fuerat omnia successisse intelligens neque oratores suos compactatorum confirmacionem quam maxime sperabat reportasse, ira simul et indignatione fervens nulla ad clericalem ordinem, nulla ad religionem legatorum que eciam apud barbaras gentes inviolabilis est, nulla ad apostolicam sedem habita reverencia Fantinum in vincula et carcerem conjectit et cui honorem debebat et premium, gravissimam injuriam intulit et dampnum immane committens sacrilegum et jus gencium temere violavit. Sed quod mirum, si juris gencium religionem in legato contempsit qui catholicam religionem violare non dubitat, aut si in hominem crudelis existit qui et in deum impius est, vel si hominem injuriis afficit qui Christi sacramentum religiose contrectat! Hec gesta cum Fantino rei veritas est, hec causa pro qua illum privaricacionis accusat criminator iniquus.

Postremo Georgius non saciatus adhuc injuriis quas in Romanum pontificem paulo ante congesserat, jam in fine litterarum suarum ad conviciandum ille velut tortuosus coluber iterum sese retorquet, illud quasi non jure factum arguens, quod administracionem

<sup>1)</sup> Diese Version schon in n. 148, VIII p. 184, auch in n. 313. Ferner behauptet es Carvajal in seinem Briefe vom 31. December 1465 an Heimburg bei Palacky Urk. Beitr. n. 345. Ebenso Pius II. in seinen Commentarien p. 189.

regni Bohemie ex hoc sibi interdicta videatur, quod Romanus pontifex omnes regni subditos a juramentis absolvit que sibi prestiterant et quibus revera sibi notorio heretico minime tenebantur, non habet hoc ullam juste querele causam. Explorati namque id juris est, ut de mala administracione suspectus ab illa lite pendente suspendi possit, ne pendentibus terminorum dilacionibus accusatus universa dilapidans judicium delusorum reddat, et tandem nichil remaneat in quod judex sentenciam exequi possit; verum tamen si suspectus in judicio comparens suspicionem purget et se innocentem ostendat, mox administracio illi integre restituitur et cuncta illi intacta redduntur. De suspicione autem Georgii et ejus mala administracione satis sufficere debuerunt ea que catholici et clarissimi regni proceres contra illum allegarunt, que jam ante enarrata sunt plenius, sed et grave animarum periculum et quod catholicis imminebat discrimen et alie majores cause Romanum pontificem ad premissa faciendum jure moverunt. Novit apostolica sedes que spiritu sancto vivificatur et regitur pro qualitate causarum processus formare, novit ut in minoribus ita et in gravioribus rebus sua cuique remedia adhibere, cujus judiciis tanta est gravitas, tanta in rebus gerendis consiliorum maturitas, ut ab ea nichil unquam non diu antea premeditatum atque undique discussum procedere consuevit, cujus inconcussa manent ubique judicia et justo semper examine librate sentencie stabiles perstiterunt. Ex premissis igitur unicuique constare potest, neque Georgius nec aliis quisquam aliter sibi persuaserit, omnia que a sede apostolica contra Georgium hactenus emanarunt cum multa discucione et maxima gravitate juris ordine facta fuisse. Sed Georgius, (qui) ut mos est hereticorum, semper arguere, semper cavillari et moras querere contendit si qua fortasse scelerum suorum penas evadere possit, sed detecte sunt jam undique fraudes illius, non potest amplius apostolice sedi verba dare, jam securis ad radicem posita est, jam innocenciam suam ostendat, ut penas juris paciatur oportet. —

Esch. fol. 338<sup>a</sup>—341<sup>a</sup>. Er bezeugt selbst Carvajals Autorschaft durch die Ueberschrift: Hanc subscriptam responcionem . . . fecit rev<sup>mus</sup> d. cardinalis s. Angeli. Nach Breslau kam das Memorial gleichzeitig mit der Bulle vom 23. December, also im April 1467, und steht auch im Manuscript unmittelbar dahinter, vgl. 345 N. Dass es indess schon vor dem 23. December geschrieben ist, ergibt sich aus den Schlussworten, die auf die bevorstehende Sentenz noch hindeuten. Man vergleiche es mit der Relatio historica de Georgio Bohemie rege bei Kaprinai II, 577 ff. und jetzt auch bei Höfler Geschichtsschreiber der hussitischen Bewegung III, 211 ff., um zu erkennen, dass die Relation auch aus Carvajals Feder stammt. — Gleichzeitig versuchte auch der Legat Bischof Rudolf eine Widerlegung, die aber nur ein von widerlichen Schimpfreden strotzendes, höchst geschmackloses Pamphlet geworden ist. Obwohl dasselbe im Anfang Heimburgs Weitschweifigkeit verspottet, macht es sich dieses Fehlers in unerträglichem Maasse schuldig, denn es nimmt bei Eschenloer 27 enggeschriebene Folioseiten ein, fol. 345<sup>a</sup>—358<sup>a</sup>. Es richtet sich hauptsächlich gegen drei Punkte Georgs, seine Behauptung, dass er seinem Vaterlande nach innen und aussen Frieden gegeben habe, seine Klage über die Citation nach Rom und seine Beschwerde über die Unterdrückung des königlichen Titels in der Citation. Besonders der erste Theil ist sehr wortreich und geht das ganze Leben Georgs durch, um zu zeigen, dass er immer nur Streit und Unfriede gesät habe. Am ausführlichsten spricht er von Georgs Verhalten zu Konrad Hölzler in Wien, wie er diesen ins Verderben gestürzt habe, um ihm auf der Folter ein Geständniss zu erpressen, ob Ladislaw böse Absichten gegen ihn im Schilde führe. Als Hölzler dann bekannt, wie der König Brief und Siegel habe, die Georgs Verrath deutlich bekundeten,

und wie er ihn bei Gelegenheit seiner bevorstehenden Hochzeitsfeier, zu der viele katholische Fürsten geladen seien, zu stürzen gedenke, da habe Georg sich zur Ermordung des Königs entschlossen<sup>1)</sup>. Hinko v. Vöttau habe aus des Königs Munde selbst gehört, dass Georg ihm nach dem Leben trachte, deshalb habe er diesem später die Huldigung und den Gehorsam verweigert. Ein Jude habe das Gift gemischt. Die Darstellung von Georgs Verhältniss zu Pius II. und Paul II. zeigt deutlich, dass sie vor dem 28. December verfasst ist, da es nach Erwähnung der Citation vom 2. August 1465 heisst: *Cujus (sc. Georgii) tandem minime comparentis contumacia accusata in causa ipsa non nisi juxta formam juris sacrorumque canonum legitime per terminos adusque diffinitivam sentenciam processum est et aspirante deo procedetur in dies, prout tandem eo largitore propediem per litteras videbitur oportunas.* Einen besonderen Vorwurf macht er dem Könige daraus, dass er im letzten Juli die katholische Kapelle der Burg Spielberg bei Brünn durch ketzerischen Gottesdienst entweiht und die vom Pfarrer heimlich wieder eingeweihte nochmals in Gegenwart zahlreicher Personen entweiht habe, auch seinen leiblichen Vetter Proczko von Cunstat, nur weil er jener Wiedereinweihung beigewohnt, ins Gefängniss geworfen habe. Zum Schlusse heisst es dann, die Kirche wolle nur Frieden, aber den wahren; dazu zu helfen fordere er den König Matthias und alle übrigen Fürsten und Gläubigen auf. Er erinnert dann Matthias an seinen Brief vom 3. October 1465, worin er seine Hülfe ebenso gegen Georg wie gegen den Sultan versprochen habe. (Vgl. Palacky IV. 2. 361.) Nicht aus Misstrauen gegen ihn, nur zur Anfeuerung seines Eifers habe er dies Alles geschrieben. Anfang: *Ezechielis prophete magni sentenciam, Endé: bene merebimini. Dat. Wratislavie.* — Palacky (IV. 2. 466) fand das Schreiben in der Wiener Handschrift 4975 mit dem Datum 1467 feria II ante Marie Magdalene, was jedenfalls nicht für das Original, wahrscheinlich für die dort vorhandene Abschrift gilt. Vgl. auch IV, 1, 416. — Am Ende der Ueberschrift fügt Eschenloer noch hinzu: *Similiter sic regi Polonie scripsit apostolicus legatus in fine paucissimis mutatis et depositis atque addictis.* Dahinter theilt er auch einen wahrscheinlich aus derselben Zeit stammenden Brief des Legaten an die Königin Elisabeth von Polen mit, worin ihr derselbe die berühmten Frauen der Bibel vorhält und sie zum Schluss auffordert eine neue Esther zu werden, wie er als Mardochai das Volk aufrufen wolle. Sie solle den Tod ihres Bruders Ladislaw rächen und ihren Gemahl zur Annahme des böhmischen Reiches bewegen. Fol. 358<sup>a</sup>—360<sup>a</sup>.

## 345.

1466 December 23. Rome.

A.

**Schlussentenz in dem vom Glaubensgericht gegen den König Georg geführten Processe: Absetzung des Königs und seiner Dynastie und Losprechung der Unterthanen vom Gehorsam.**

Paulus episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum extra fidem catholicam quam sacrosancta Romana predicat et observat ecclesia nullus quavis generis nobilitate preclarus aut dignitate sublimis justus et pius ceterisque redimitus virtutibus ad salutem proficiat sempiternam, et propterea salvator noster dominus Jhesus Christus, vitis vera, et ipsius pater coeternus, celestis agricola, discipulos suos ceterosque fideles salubribus instruens disciplinis, omnem palmitem in eo fructum non ferentem precidendum et quemlibet in ipso non manentem mittendum foras et ariditate

<sup>1)</sup> Diese Darstellung, auf die auch Palacky IV. 1. 416 hinweist, beruht offenbar auf der Historia sive epistola de morte Ladislai etc. ex msto chronicō Polonie et Slezie in den Schlesisch-Diplomatischen Nebenstunden (ed. Drescher) Bresl. 1774. S. 78—78. Woher diese stammt, habe ich nicht feststellen können.

multandum esse affirmet, ac dudum fide dignorum relatis sepenumero, fama deinde publica et postremo notorietate facti ad apostolatus nostri audienciam successive deducto, quod perditionis filius Georgius alias Girsicus de Constat et Podiebrat, regni Boemie occupator, damnabilis heresis pravitate respersus atque sacrilegus ab orthodoxe fidei et sanctorum patrum saluberrimis institutis desiperet et supersticiose quibusdam erroribus ac reprobatis dogmatibus ab ineunte etate implicitus a s. R. ecclesie matris cunctorum fidelium et magistre unitate deviaret, hereticorum quoque pravitati damnabilius inherendo in dies eorum opiniones erroneas tueri et publice approbare contendenter, cultores autem vere fidei persequi, opprimere sanctam doctrinam et evangelica documenta, ipsam quoque Romanam ecclesiam callidis figmentis et quibus efficacius poterat artibus labefactare et confundere moliretur in gravem divine majestatis offensam, ejusdem fidei atque nostrum et reipublice christianorum obprobrium et scandalum plurimorum: Nos, qui eciam antea, dum minori fungeremur officio, ipsum Georgium tunc inter hereticos educatum falsam et improbatam hujusmodi secte doctrinam imitari et heretica pravitate notatum fore audivimus, postquam preordinacione superna et ineffabili dei clemencia fuimus ad apicem apostolatus assumpti, cum non solum que de ipso Georgio ferebantur vera sed ejus crescente etate continuo aucta extitisse et ipsum in dies eo magis damnatis reprobatisque dogmatibus antedictis pertinacius inherere didicimus, quo ipse virus per eum conceptum evomeret illudque in publicam presumeret deducere nacionem, proinde attendens, quod veris existentibus supradictis, que, etsi in aliis nephantissima et animadversione digna divina pariter et humana jura testentur, tanto equidem detestabiliora et graviora censeri debeant in homine regia predito dignitate, quanto sui imitacione alios deducere posset facilius in errorem damnacionisque eterne supplicium et subditis eciam invitis ob regie dignitatis reverenciam vel timorem aut pene formidinem ingerere quod veritati contrarium et saluti extitit, conuentibus oculis sub dissimulacione inulta per nos preterea nequirent, ac volentes super hiis facti quodammodo evidencia manifestis atque notoriis effici cerciores, ejusdem creatoris nostri exemplo instructi, ut multorum clamorem populorum ad nos sepius delatum exigente justicia compertum procul dubio haberemus: causam inquisitionis hujusmodi venerabilibus fratribus nostris Bessarioni Tusculano, Johanni Portuensi et in ipsis Johannis absencia Guillermo Ostiensi, episcopis, ac Berardo tit. s. Sabine presbytero cardinali audiendam et examinandam commisimus, dilecto filio magistro Antonio de Eugubio, procuratore fisci et causarum fidei promotore, hujusmodi negocium prosequente. Ac postquam Tusculanus et Ostiensis episcopi necnon Berardus cardinalis predicti super premissis contra eundem Georgium ad eorum presenciam propter hoc legitimate evocatum commissionis ejusdem vigore ad inquisitionem descenderent ac prolixorem terminum quam ipsa causa exigeret eidem Georgio ad comparendum coram eis super dictis criminibus, de quibus informatus et denunciatus fuerat, articulis inquisitionis ejusdem responsuro ex nostra benignitate prefixerant, ipseque Georgius heretica obstinacione atque perfidia induratus neque personaliter juxta citacionis edictum neque alias legitime comparere curaret: post accusatam ipsius contumaciam, eo nichilominus

si forte interim resipisceret et ad cor rediret ex nostra pacientia diuicius expectato, et deinde singulis terminis cum citacionibus debitibus observatis, examinatis postea testibus diligenter eorumque attestacionibus fideliter inscriptis redactis et publicatis, ac judiciali tela quamvis prolixiorum temporum intervallis dilata rite completa, factaque postremo per delegatos predictos in nostra ac venerabilium fratrum nostrorum s. R. ecclesie cardinalium et quamplurium archiepiscoporum episcoporum aliorumque divini et humani juris doctrina et experientia interpretum et magistrorum presencia super eisdem premissis, que adeo notoria sunt ut nulla possint amplius tergiversacione celari, relatione fideli, matura denique super hiis deliberacione prehabita, quoniam per premissa eundem Georgium hereticum pertinacem credentem ac in deterius continuo prolabentem, heresium in Constancensi generali concilio specifice damnatarum defensorem et blasphemum perjurum et in ipsis heresibus natum atque nutritum, catholicorum in regno Boemie persecutorem et ut talem a Christi fidelibus et alibi existentibus publice et notorie habitum reputatum ac pro tali se ipsum gerentem et publice profitentem comperimus, prout in processu cause et inquisitionis hujusmodi plenius continetur: Idecirco nos, qui licet immeriti vices illius tenemus in terra, cujus dicioni celestia simul et terrena subesse noscuntur, quique militantem ecclesiam, sponsam nostram, ad excolenda justorum premia et perversorum damnabilem in unitate fidei scissuram inducere satagencium ausus temerarios cohibendos puniendosque erexit ac eam diversis spiritualium et temporalium titulis et utriusque gladii potestate munivit, volentes dicto procuratore instante, pro firmamento ejusdem fidei et cunctorum salute fidelium, obstinatorum vero animadversione, bonis premia, flagiosis pro varietate mundanorum actuum correccionem ecclesiastice tribuere discipline, statum cause hujusmodi presentibus pro expresso habentes ac illam ad nos harum serie advocantes et processum delegatorum eorundem desuper habitum ratificantes et approbantes, ejusdem salvatoris nostri presidio et gloriose nomine invocato, de ipsorum fratrum magistrorum et peritorum nobis in hoc assistencium consilio unanimique consensu, per hanc nostram diffinitivam sentenciam quam in hiis scriptis ferimus et ex certa sciencia promulgamus: eundem Georgium sive Girsicum hereticum pertinacem, hereticorum fautorem ac heresium damnatarum defensorem, perjurum atque sacrilegum fuisse et esse nec non omnes et singulas sentencias censuras et penas a jure in tales ac lapsos in heresim perjuros fautores et defensores hujusmodi generaliter promulgata damnabiliter incurrisse ipsumque propterea regia marchionatus ducali et si qua prefulgeat alia dignitate, dominio bonis et juribus universis privatum et ab illorum occupacione et detencione realiter ammovendum, posteros vero suos ad hujusmodi regni marchionatus ducatus et cuiuslibet alterius dignitatis vel dominii successionem eleccione vel alio quovis modo delatam seu deferendam inabiles et inabilitatos fore, auctoritate apostolica tenore presencium pronunciamus decernimus et declaramus, ipsumque et ejus posteritatem prefatis et aliis bonis omnibus ac singulis dominiis temporalibus sententialiter privamus et ammovemus, absolventes simili auctoritate omnes barones civitatis vasallos subditos atque alios confederacionis lige sive alio quoconque vinculo sibi adherentes aut colligatos in dicto regno vel alibi existentes ab omni subjeccione

homagii fidelitatis juramento vinculo et obligacione quacunque, qua nunc astricti sunt, vel eos teneri seu astringi contigerit in futurum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ratificacionis approbacionis promulgacionis pronunciacionis constitucionis declaracionis privacionis amocionis et absolucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacioni omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. D. Rome apud s. Marcum<sup>1)</sup> a<sup>o</sup> inc. dom. 1466 decimo Kalendas Januarii, pont. n. a<sup>o</sup> tercio.

Esch. fol. 337<sup>a</sup>—338<sup>a</sup>. Die Bulle kam erst nach Ostern 1467 in Breslau an, da die Expedition in der päpstlichen Kanzlei doch einige Zeit wegnahm, vgl. n. 358. Dagegen sandte Hanko unmittelbar nach dem Consistorium eine verkürzte Fassung, wahrscheinlich das im Consistorium redigierte Protocoll, nach Breslau. Diese steht bei Esch. fol. 328<sup>a</sup> mit der Ueberschrift: In profesto s. martirum Fabiani et Sebastiani (19. Jan.) venit ex urbe Romana hec subscripta sentencia, que lata est per s<sup>uum</sup> d. etc. XXIII mensis Decembris proxime lapsi a<sup>o</sup> etc. LXVI in publico consistorio etc. . . . Jocundissima fuit hec sentencia Wratislaviensibus. Diese kürzere Formel findet sich auch sonst öfter, da sie der Legat sofort nach verschiedenen Richtungen hin bekannt machte, vgl. n. 349 und Urk. Beitr. n. 374. Sie ist gedruckt bei Dlugoss II, 400—401 mit dem bei Esch. fehlenden Datum des 23. December und ebenso in Ss. rer. Lusat. I, 84—85, und bei Müller R. T. T. II, 263—264.

## 345.

## B. Executionsbulle dazu.

Paulus episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis in regno Bohemie illique adjacentibus partibus constitutis. Salutem in domino et apostolicam benedictionem. Hodie nostre emanarunt littere super quodam per nos promulgata sentencia fidei negocium concernente, hujusmodi sub tenore. Folgt A. Volentes itaque litteras predictas ac omnia ac singula in eis contenta, pro evitandis animarum periculis, ad cunctorum fidelium presertim in dicto regno ac illi adjacentibus partibus commorantium deduci notitiam, ne fideles ipsi premissorum forsan ignari eidem Georgio alias Jersico, suis culpis et demeritis exigentibus tamquam membro putrido atque pestifero ab ipsorum coetu et unitate fidelium penitus separato, communicent et ipsius, quod absit, contagione infecti sententiis censuris et penis similibus per ignorantiam innoden- tur, fraternitati vestre per apostolica scripta committimus et in virtute sancte obedientie precipiendo mandamus, quatenus per vos vel alium seu alios sententiam et litteras antedictas sollemniter publicantes et ad fidelium predictorum notitiam deducentes singulis diebus dominicis et festivis ac ubi quando et quociens expedire videritis, in ecclesiis vestrarum civitatum et diocesium magis insignibus atque aliis locis oportunis, dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit, campanis pulsatis, candelis accensis ac demum extinctis ac in terram projectis, eundem Georgium hereticum pertinacem etc. (folgt noch einmal ein Auszug von A.) nuntiare et declarare curetis, sub interminatione divini judicii districcius inhibendo omnibus et singulis principibus ducibus baronibus

<sup>1)</sup> In der Handschrift wohl nur aus Flüchtigkeit Petrum.



comitibus militibus armigeris equitibus atque pedestribus stipendiariis subditis atque vasallis ejusdem Georgii, necnon omnibus aliis et singulis personis sibi in expeditione vel castris seu aliter cum stipendio aut sallario secum moram trahentibus sive alio servitio illi obsequentibus vel familiaribus, cujuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis fuerint et quavis et mundana prefulgeant dignitate, ne ulterius eidem Georgio assistere adherere favere servire obsequi obtemperare aut famulari sive auxilium consilium vel favorem impendere seu exhibere quoquomodo presumant, sed quamcicius ab ejus expeditione castris et obsequiis stipendio famulato servitio et obedientia et etiam salario et stipendio per eos habito et recepto sine mora recedant, seque ab ipsius consortio et familiaritate separant et sejungant et quo maluerint proficiscantur libere et impune. Super quibus eis et eorum cuilibet licentiam potestatem et facultatem omnimodam tribuimus per presentes, et nichilominus ipsis et quibuslibet aliis personis etiam ipsi Georgio consanguinitate affinitate familiaritate vel quavis alia ratione aut causa conjunctis, ne ipsum Georgium regem amplius nominent vel appellant seu pro tali reputent aut cum ipso conversationem familiaritatem et commercium habeant seu illi obsequium vel famulatum impendant quomodolibet in futurum, quinimmo ipsum velut hereticum scismaticum et ab ipsius fidei unitate precisum pro posse evitent nullaque sibi subsidia subministrent publice vel occulte, eadem auctoritate sub formidibus sententiis censuris et penis, de quibus vobis videbitur, impingere procuretis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, non obstantibus quibuscunque privilegiis exemptionibus libertatibus indulitis et gratiis eidem Georgio per sedem predictam sub quacunque forma vel expressione verborum in specie vel in genere et cum quibuscunque efficacissimis atque urgentibus clausulis irritantibus decretis forsan concessis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus habenda esset in presentibus de verbo ad verbum mentio specialis, que sibi noluimus in aliquo suffragari, ceteris [que] contrariis quibuscunque. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1466, X Kal. Januarii, pont. n. a<sup>o</sup> tertio.

Ezechiel Opus miscell. III, n. 41, p. 489—522. Esch. hat diese bulla executorialis merkwürdiger Weise nicht, obwohl sie nach Breslau gekommen ist, vgl. n. 358 Anfang, aber auch n. 371; dagegen hat er zu A. als Ueberschrift: Hec est sentencia quam papa sub plumbata misit appensi sigilli in filis scrieisis, quamque rev<sup>mus</sup> d. legatus suis pluribus processibus inseruit et misit in Bohemiam ad dominum de Rosenberg et alias barones cum heretico Georgio stantes ac ad communitates Cadanam Brücke, Budwiss et Cometow, Budissin Gorlicz etc., Luckow, abbatem in Dobirlogk etc., Swidnicz Jawor etc., Olomuncz etc.

Balthasar von Piscia an den Breslauer Rath über das Consistorium vom 23. December; vgl. n. 345.

Nach seinem Bericht hielt nach Eröffnung der Sitzung der Consistorialadvokat de Baroncellis eine weitläufige Rede, in welcher er auf die Hussiten loszog, alsdann viele von König Georgs Thaten erzählte und damit schloss, dass er ein Ketzer, Meineidiger,

Kirchenfeind und Gönner der Ketzer sei, dass man seinen trüglichen Worten nicht mehr glauben noch ferner warten, sondern die Wunde mit dem Schwert abschneiden solle, weil ein räudiges Schaaf die ganze Heerde anstecke. Hierauf sagte der Procurator fiscalis mit wenig Worten, dass diese Sache vorlängst auf sein Ansuchen drei Cardinalen aufgetragen, dass die Termine beobachtet und dass Georg auf den Tag und die Stunde vorgeladen worden sei, um selbst beim Schluss gegenwärtig zu sein und die Sentenz zu hören. Daher bat er, dass S. Heiligkeit die Sache vornehmen, beschliessen und die Sentenz sprechen möge. Um aber den alten Stil zu beobachten, that er Ansuchung, dass Georg nochmals vor die Stufen des Palastes citiert würde. Hierauf nahm der Papst die Sache vor sich und befahl einem Erzbischof und drei Bischöfen, dass er citiert werden sollte, oder auch wenn sonst Jemand wäre, der an seiner Statt erscheinen wollte. Nachdem die Citation geschehen und der Bote in Gegenwart der vier Prälaten Bericht abgestattet und die Contumaz angeklagt worden, so hielt S. Heiligkeit eine lange Rede, in welcher er noch Vieles anbrachte, was der Advocat nicht berührt hatte, wie auch verschiedene Katholiken rühmte, die von Georg sehr Vieles erlitten hätten, wobei er denn die Breslauer sehr erhob. Endlich schloss er, dass die Sentenz ohne Aufschub sollte gesprochen werden, welches auch der Cardinal Vicecanzler that, indem er die vom Papst gefällte Sentenz vorlas. Nach deren Endigung stattete der Fiscalprocurator S. Heiligkeit für die den Christgläubigen verschaffte Gerechtigkeit Dank ab, womit sich das Consistorium endigte.

Excerpt bei Klose III, 415, dem seiner Zeit das Original vorgelegen hatte. Dagegen scheint auch er keinen Brief Hankos vor sich gehabt zu haben, er erwähnt nur S. 413, dass Hanko in zwei Briefen vom 22. October und 27. November den Breslauern sichere Vertröstungen und vorläufige Nachricht gegeben habe. — Der äussere Verlauf des Consistoriums entspricht ganz dem des Consistoriums vom 16. Juni 1464 vgl. n. 253. — Ueber den Einfluss Carvajals auf die Proclamierung des Spruchs vgl. den Bericht des Cardinals Jacob v. Pavia am Ende des den böhmischen Dingen gewidmeten 6. Buches seiner Commentarien, p. 437.

## 347.

1467 Januar 3. Rome.

Papst Paul II. verweist in scharfen Worten dem Bischof Jost von Breslau seine letzte Intervention für König Georg, kündigt ihm die Sentenz vom 23. December an, befiehlt ihm und auch seinem Bruder sich darnach zu richten und weist ihn an die nun erforderlichen Schritte des Legaten in jeder Weise zu unterstützen.

Paulus episcopus, servus servorum dei, venerabi fratri episcopo Wratislaviensi. Salutem et apostolicam benedictionem. Satis mirari non possumus tuam fraternitatem et litteris et suo nuncio apud nos institisse, ut adhuc amplius differremus institutum processum contra Georgium alias Jersicum, Bohemie regni occupatorem, quem nosti nullas salutares nostras a sancte recordationis Pii pape II immediati predecessoris nostri etiam cum intollerabilibus pacientiis monitiones et hortationes, nullos etiam catholicorum principum interventus, nullas minas, nulla denique remedia potuisse hactenus reducere,

ut a perditionis sue via et in qua natus nutritus et educatus est damnata heresi desisteret et veritatem agnoscendo ad gremium catholice ecclesie rediret. Continuavit sic pertinaciter heresim suam et in ea cottidie magis ac magis insanivit ac catholicorum in regno se persecutorem a deo notorie et publice constituit, quod temeritatem ejus absque gravi offensa dei ulteriori ferre pacientia nec potuimus nec debuimus sed compulsi inde sumus processum in eum continuare. Quo tamen plene instructo ac matura deliberatione sepius discusso nuper, videlicet die vicesima tertia mensis Decembris proxime effluxi, de venerabilium fratum nostrorum s. R. ecclesie cardinalium nec non archiepiscoporum episcoporum et aliorum tam divini quam humani juris magistrorum nobis in hiis assistentium consilio unanimoque assensu pronunciavimus et declaravimus in publico consistorio nostro ipsum Georgium hereticum pertinacem, hereticorum fautorem, damnatarum jam heresum deffensorem perjurum et sacrilegum, privatum etiam regia et quavis alia dignitate, si qua prefulgeret, dominiis denique et bonis ac juribus omnibus et amovendum ab ipsis, singulas quoque censuras et penas contra lapsos in heresim perjuros ac fautores et deffensores eorum a jure statutas incurrisse, posterosque suos ac successionem inabiles, privavimus etiam ipsum et ejus posteritatem omnibus bonis et dominii, absolvendo omnes barones civitatenses vasallos et subditos in dicto regno vel alibi existentes ab omni subjectione homagii et fidelitatis juramento ac vinculo et obligatione quacumque necnon dissolvendo quecunque federa et pacta per quoscunque cum eo forsitan inita vel habita, prout in litteris apostolicis desuper confectis, quas exinde ipsa die nativitatis domini nostri Jesu Christi in basilica principis apostolorum de urbe post missarum solemnia fecimus in presentia nostra coram populo publicari, plenius continetur. Unde cum de te tanquam prelato catholico conceptum bonum semper habuerimus adhucque retineamus, fraternitatem tuam hortamur in domino et tibi in virtute sancte obedientie strictissime injungendo mandamus, ut latam nostram sententiam predictam reverenter, ut te decet, suscipiens eam ac omnia et singula in dictis litteris quarum consimiles cum presentibus accipies contenta fideli animo acceptes, per singula tue diocesis loca et solemnibus et aliis diebus festivis populo publices ac publicari et diligentissime observari facias atque procures, damnato illi heretico amplius vel per te vel per tuos non communices, illum non audias neque commercii aliquid secum habeas, sed contra illum quibuslibet catholicis pro tua possibilitate constanter assistas, inducendo etiam salutaribus tuis monitionibus fratrem tuum, quem miramur et dolemus in tanta fidei necessitate a catholicorum baronum et dominorum tyrannidi ipsius Georgii resistentium consortio, ut audivimus, divertisse et ad partem heretici illius declinasse, ut cum ceteris adherentibus heretico ab illius impietatis jugo collum subtrahat, illum vitet et viribus quibus potest cum aliis catholicis inseparabili, resistat hereticis omnibus, nobiscum et cum sancta matre ecclesia se teneat, decreta et mandata ipsius ecclesie servet illisque reverenter obediat et intendat, maxime cum ex dicta nostra sententia ipse et quicunque alii sint absoluti ab omni vinculo et juramento quo illi obligarentur, nec possint amplius sine magna perpetue infamie nota fautorieque heresis ipsi heretico communicare. Ad ipsum fratrem tuum in presentiarum non scribimus, sed has nostras

ad te litteras et tibi et illi communes volumus esse, confidentes de tua integritate, quod pro honore dei et domus ac familie tue in defensione catholice fidei dicteque nostre sententie ita te studiosum exhibebis, quod ultra divinum meritum aquid nos et sanctam sedem apostolicam debeas non immerito de diligentia tua et promta devotione commendari; nam ubi secus, quod absit, vel tu vel frater tuns vos haberetis, non posset id esse sine magna infamia ac nostra dicteque sedis indignatione. Ceterum cum venerabili fratri episcopo Lavantinensi, nostro in illis partibus nuncio et oratori, nonnulla circa premissa exequenda per speciale facultatem dederimus in mandatis, hortamus et requirimus fraternitatem tuam, ut ipsius monitionibus et mandatis plenam fidem prestes ac reverenter parere et in singulis quandocunque et quotiescunque requisitus fueris obedire studeas, ac si ea omnia a nobis immediate processissent atque procederent. D. Rome apud s. Petrum. a<sup>o</sup> inc. dom. 1466 tertio Nonas Januarii. Johannes de Cremonensibus.

Kanzlei des Königs Georg n. 98. Dass Bischof Jost in letzter Zeit noch einmal in Rom um Aufschub des Processes gebeten habe, wie aus dem Anfang des Schreibens zu entnehmen ist, war sonst nicht bekannt. Es ist dies aber ein neuer Beweis für sein Bestreben, die ständische Opposition des Herrenbundes und die religiöse Frage auseinander zu halten. Vom selben Tage datieren auch alle übrigen Bekanntmachungen der Sentenz, die im allgemeinen Theil mit vorstehender gleichlautend sind; vgl. die an Olmütz in den Urk. Beitr. n. 370. Dieselbe war nach Esch. fol. 336<sup>b</sup> an alle Städte in Mähren, Schlesien und Lausitz gerichtet.

348.

1467 Januar 17.

**Der Breslauer Rath an den Papst. Empfehlung der nach Rom gehenden polnischen Gesandten und ihrer Anträge.**

S<sup>me</sup> p. etc. Scripsimus superioribus diebus proximis cum devoto fratre Gabriele de Verona, quomodo post factam concordiam in Prussia ser<sup>mus</sup> d. rex Polonie missurus sit oratores ad pedes v. s<sup>tis</sup>, quos serenitas sua elegit et deputavit reverendum dominum Vincencium Kilbassa de Thymyenyecz, cancellarium ecclesie Poznaniensis, et magnificum generosumque dominum Johannem Ostrorog, dominum Myedzyrzecensem, qui aliquot dies in civitate nostra cum rev<sup>mo</sup> d. Lavantino quiescentes nunc proficiscuntur ad v. s<sup>tem</sup> presencium ostensores. Et quia juxta declaracionem prefati rev<sup>mi</sup> d. Lavantini super rebus fidei et nostris prefato inclito regi factam dieta constituta sit per suam serenitatem super festo Georgii proxime venturo, ad quam sperat prefatos suos oratores reversuros, quod plurimum videretur rebus nostris conducere, sicuti s<sup>u</sup> v. exponent, (nam in eadem dieta, ut informati sumus, tractandum erit hoc negocium fidei ad quod amplectendum v. s<sup>tas</sup> singulares adhortaciones et mandata, ut non ambigimus, eisdem oratoribus suo regi deferenda datura est): supplicamus humilime, dignetur v. s<sup>tas</sup> prefatos oratores clementissime suscipere audire et exaudire in rebus et desideriis suis ac celerius quo fieri poterit expeditos cum gracia et benedictione remittere, et que ad honorem rev<sup>mi</sup> d. Lavantini rogaturi sunt, precibus eorum et nostris non derogare. Nam sua rev<sup>ma</sup> paternitas omni laude digna est et bene meruit et in horas meretur, ut alcio-

n. 341.

23. April.

ribus remuneracionibus prosequatur. Consolari dignetur nos in tribulacionibus nostris que in dies augmentantur, ut tandem heretico remoto sub alis et promotionibus v. s<sup>ta</sup> graciouse reficiamur. Expectamus omni desiderio ea que v. s<sup>ta</sup>, ut speramus, nunc fecit et factura est pro defensione nostra et aliorum catholicorum. Protegat et dirigat v. s<sup>ta</sup> omnipotens deus pro unica nostra consolacione feliciter et longeve victuram. D. sabato Anthonii a<sup>o</sup> etc. LXVII.

Esch. fol. 329<sup>b</sup>—330<sup>a</sup>. Ebenso fol. 330<sup>a</sup> auch an die Cardinale Bessarion, Carvajal und Erolo. Hier motivieren sie die Bitte um schnelle und günstige Abfertigung der Gesandten mit den Worten: Speramus enim hunc rev<sup>mum</sup> regem Polonie pro augmento et defensione fidei omnia facturum ad mandata sue sanctitatis. — Vgl. Dlugoss II, 393 und das Schreiben Heimburgs vom 19. Februar bei Teleki Huniadiak Kora XI p. 246 und ebenfalls im Archiv für österr. Gesch. XII S. 341.

349.

1467 Januar 19 — 23. Breslow.

Neben dem in den Urk. Beitr. n. 372 mitgetheilten Schreiben des Legaten Rudolf an den Görlitzer Rath vom 19. Januar findet sich bei Esch. fol. 326<sup>b</sup>—327<sup>a</sup> auch das im ersteren angezogene Schreiben an die Gemeine. Er erinnert darin an seine früheren Schreiben und an die von ihnen erhaltenen Versicherungen, dass sie als gute Christen zur Kirche stehen wollten. Auf ihre Bitte habe er mit den Processen noch immer inne gehalten, unter der Bedingung, dass sie inzwischen dem Ketzer hohir und ferrer glubde phlicht noch vorbyndunge nicht tun sulden, denn der Papst habe ja alle vom Huldigungseide entbunden. Haben wir sint von seiner heilikeit ernstlicher befehlunge und gebote empfangen, dorinne wir vorsteen, das seine heilikeit disen kezer nicht lenger dulden noch leyden wil, sondern teglich wider yn lesset procediren, artikel geben, gezeugnisse furen, bis uff seine gancze abseczunge adir erklerunge, das er abgefallen sey von der koniglichen wirdikeit, die denne, ab sie noch nicht gangen ist, balde gescheen wirdet. Strenges Gebot bei Androhung sofortigen Interdictes jegliche Verbindung mit dem Könige und seinen Amtleuten zu meiden.

Am 23. Januar wiederholt er diesen Befehl an alle Sechs Städte im Anfang wörtlich gleichlautend, am Ende aber mit dem Zusatz, dass der Papst, da alle Hoffnung auf Besserung des Ketzers dahin sei, ihn am 23. December abgesetzt habe. Er schickt vgl. n. 345 N. die inzwischen angekommene kürzere Formel der Sentenz mit.

Am selben Tage richtet er noch eine besondere Aufforderung an die Görlitzer. Wellet als die ersten ritter in craisz treten, andirn cristlichen steten exemplil geben mit sulchir abtretunge, die wir euch zutun geboten haben und gebieten, andirer stete ap ir möchtet neben euch bringen, an die wir samptlich in gemeyne auch unsir gebote senden. Seit gesterckt und getröstet, ap ir ein wenig wurdet leiden, gedencket, das alhie keine bleibende stat ist, sunder durch betrübnis und widerwertigkeit sal man zu dem zukunfftigen vaterlandt der ewigen seligkeit kommen; kein sicherer weg ist denn zu leiden und zu sterben umbs glouben willen. Wir trösten euch ungezweifilt, ir werdet ane

rate und hülste nicht gellossen, und diser erczkeczer wider euch durch die hulste gotis nichtis wirt schaffen. Getrawet got und tut als frome cristen und tretet von dem tewffil zu got, der euch beschirmen und bewaren wirt, auch in wunderzaichen, ap is euch not tete. Und eh ir in sulcher cristlicher sache suldet vorterben, die engil müsstien von himel steigen und euch beschirmen. Geträwet, liben söne, so wert ir selig. Losset uns ane botschafft nicht in ewrm fürnemen, wir wellen euch helffen und raten, das ir apgotwil merer hulffe werdet haben, denn ir villeichte gedencket. Got sey mit euch. Geben zu Breslow am freitag vor conversionis s. Pauli a<sup>o</sup> etc. LXVII.

Esch. fol. 328<sup>a</sup>—329<sup>b</sup>. Am 11. Februar mahnt dagegen der König Görlitz zur Treue gegen ihn. Urk. Beitr. n. 375.

350.

1467 Januar 23.

Der Breslauer Rath dankt hoherfreut dem Papst für die durch Fabian Hanko gemeldete Sentenz vom 23. December und spricht die Hoffnung aus, dass derselbe trotz aller Schwierigkeiten auch die Mittel zu ihrer Ausführung anwenden werde, worüber der Legat kürzlich geschrieben und jetzt wieder schreibe. Zunächst werde der König wohl den im vorigen Jahre verunglückten Versuch gegen Breslau erneuern. Es gehe auch die Rede, dass ihm mehrere Fürsten dabei helfen wollen, aber die Stadt werde im Vertrauen auf Gott und S. Heiligkeit ausharren. Notificamus eciam v. s<sup>ti</sup>, quod nunc post festa nativitatis Christi proxime lapsa oratores in Praga diversorum principum convenerunt in magno numero ad v. s<sup>tem</sup> profecturi et rogaturi, quemadmodum non dubitant et sieut hereticus jactitat, mutacionem fieri inceptorum per v. s<sup>tem</sup>, qua spe omnes catholici subditi sui freti adhuc secum stabunt, donec seriosam persistendi et prosequendi mentem v. s<sup>ti</sup> viderint. Ideoque, b<sup>me</sup> d., dignetur v. s<sup>tes</sup> viriliter procedere et nullius intuitu parcere et suspendere ea que deus fieri wlt per v. s<sup>tem</sup> (plebs enim catholica sic disposita est, ut ad mortem usque v. s<sup>ti</sup> mandatis assistet invitis eciam principibus, in quibus prohdolor lumen fidei parum ardet) et nostre conservacioni et defensioni paterne intendere etc. — D. Veneris die XXIII mensis Januarii a<sup>o</sup> etc. LXVII.

Esch. fol. 380<sup>a—b</sup>. Vgl. n. 330 u. 335 u. Urk. Beitr. n. 373. Archiv für österr. Gesch. XII. S. 329 ff. Ob. n. 347 der Urk. Beitr. auch in diesen Zusammenhang zu versetzen ist, wie Kluckhoen Herzog Ludwig der Reiche S. 267 annimmt, ist mir doch fraglich, da der König nach Weihnachten 1466 nicht mehr auf den Kaiser rechnen konnte. Ich möchte es in den Sommer 1466 setzen vgl. n. 330. Die Bezeichnung und Datierung, die Palacky dem Stück gegeben hat, ist nur Conjectur; in der Handschrift steht es ohne jegliche Bezeichnung. Vgl. Kanzlei des Königs Georg n. 135 A.

351.

1467 Januar 26.

Mit Bezugnahme auf n. 326 und n. 328 schreibt der Breslauer Rath dem Papst, dass der Legat zwischen dem Bischof und dem Rathe von Olmütz in Betreff der Schule einen Vertrag in Neisse vermittelt habe, den die Gesandten des Raths acceptiert hätten. Er bittet den Papst dringend denselben zu bestätigen, da von der Haltung der Olmützer in Mähren fast Alles abhänge und der König sehr geneigt sei diese Gelegenheit zu einer Einmischung zu benutzen. Den Rechten der Kirche geschähe durch die Errichtung der Schule in keiner Weise Abbruch. D. feria secunda post conversionis Pauli a<sup>o</sup> etc. LXII.

Esch. fol. 330<sup>b</sup>—331<sup>a</sup>.

352.

1467 Februar 3. Rom.

Fabian Hanko berichtet an den Breslauer Rath und macht ihm grosse Hoffnung, dass derselbe noch seine Absicht wegen eines Legaten a latere erreichen werde. Er habe den Bischof von Lavant den Cardinälen von Nicaea und Rouen aufs höchste gerühmt. Der erstere habe zu ihm gesagt: Unser heiliger Vater ist vollkommen zufrieden mit dem von Lavant und ist ihm sehr geneigt. Auch meldete er ihnen, dass er von dem Bischof Jodocus das Aergste bei den Cardinälen redete. Der Frater Gabriel meinte, dass er es nicht thun sollte. Man sollte sehen, was mit seinem Bruder und sonst geschehen, sei ihm ganz leid, und er habe deswegen sehr geweint. Das wollen dem unerachtet die Cardinäle nicht recht glauben. Die schöne Antwort, die auf des Ketzers Klage gemacht worden, welche er über den Papst und die Cardinäle geführt, würden sie aus Frater Gabriels Briefen durch den Legaten vernehmen. Rom den 3 Februar.

Excerpt bei Klose III, 289, fälschlich ins Jahr 1465 gesetzt. Das Letzte bezieht sich offenbar auf n. 344, und dass man damals in Rom mit Bischof Jost unzufrieden war, ergiebt sich aus n. 347

353.

1467 März 12 und 16. Rom.

Fabian Hanko meldet an den Breslauer Rath, dass am Sonnabend vor Gregor n. 348. (7. März) des Königs von Polen Gesandten in Rom mit des Papstes und der Cardinale Dienern eingeleitet worden. Sie würden schon bei S. Heiligkeit Audienz gehabt haben, wenn er nicht wieder etwas schwach gewesen. Er habe den Cardinälen der Breslauer grosse Noth und Aufwand erzählt. Sie hätten nach der italienischen Art die Schultern gezuckt, und einer von ihnen habe ihm versprochen, dass ihm das wieder erstattet werden sollte, was er in der Sache ausgebe. Worauf Hanko versetzte, ob er den Knecht mit den Pferden in sein Haus senden solle. Das habe ihm nicht gefallen. Man rede vgl. n. 350. alle Tage von der Fürsten Botschaft, indem sie schon vor drei Wochen in Venedig gewesen. Er glaube, wenn sie die Sentenz wider den Ketzer erfahren, dass sie wieder

zurückgekehrt; denn ihr Geschäft würde in Rom nicht einer Erbse nützen, sondern sie würden nur Schande davon tragen. Ja wenn auch alle Kurfürsten selbst kämen, sie vermöchten nicht den heiligen Vater zu ändern; was er einmal gethan hat, das muss fest und unverändert bleiben. Breslau solle also Muth fassen, denn der Papst und die Cardinäle müssten nun selbst auf die Sache mehr denn vor der Sentenz denken, dass sie nicht Schande davon haben. — Rom am Tage Gregor.

Ferner meldet er die Audienz, welche die polnischen Gesandten bei dem Papst in der Marcuskirche am Sonnabend vor Judica gehabt. Sie bestanden ganz ehrlich, die 14. März. Cardinäle und alle Prälaten lobten sie. Er habe alsdann Sr. Heiligkeit die Briefe der böhmischen Barone etc. überreicht, worauf er vom Papst zur Antwort erhalten: Nos vgl. VII. 124. scimus diligenciam et benefacta d. Lavantini et dicemus de iis cum oratoribus, quos libenter audiemus et celeriter expedire curabimus. Rom am Montage nach Judica.

Excerpt bei Klose III, 302—303, fälschlich ins Jahr 1465 gesetzt.

## 354.

1467 März 24. Breslow.

Legat Bischof Rudolf an Herzog Ernst von Sachsen, ebenso an Wilhelm von Thüringen und Friedrich von Brandenburg, dass sie der Aufforderung des Königs zum Beistand gegen den Herrenbund nicht Folge leisten sollen.

Er habe auf Bitten des Herzogs in dessen Landen bisher noch keine Processe gegen den Ketzer Georg v. Podiebrad angehoben, habe aber nun erfahren, dass dieser den Herzog um Hülfe gegen Bischof Jost und Sdenco v. Sternberg und ihre Bundgenossen angerufen habe, als wider die, die irem hern ire getane hulde und pflicht nicht welden halden. (Vgl. Urk. Beitr. n. 378.) Er thue ihm zu wissen, dass die Zwieträchte der Herren mit Georg auf dem letzten Tage zu Neuhaus wol weren entslicht und entricht worden, solten auch dieselben hern wol etwas sweris obirsehen haben, aber der Papst habe die Herren durch schwere, peinliche Briefe ermahnen lassen von Girsik als erklärtem Ketzer abzutreten, und das Urtheil gegen ihn erscheinen lassen; dadurch sei ihnen als ehrlichen Christen jede Verhandlung mit Georg unmöglich gemacht. (Vgl. VII, 124.) Er fordere deshalb den Herzog auf nicht auf Georgs Verläumdungen der Herren und seine Bitten um Beistand zu hören, wenn er sich nicht schwerer kirchlicher Strafen schuldig machen wolle, dagegen sich als gehorsamer Sohn der Kirche zu bezeigen. — Geben zu Breslow am dinstag in der hiligen martirerwoche a<sup>o</sup> etc. LXVII, undir unsirm uffgedruckten ingsigel etc.

Esch, fol. 333<sup>b</sup>—334<sup>a</sup>. Am Rande: Fuerunt littore aperte. Zum Theil wörtlich anklingend an Urk. Beitr. n. 380. Ueber Brandenburgs Haltung vgl. Riedel Cod. dipl. Brand. III, 1. n. 297. 300. 303, auch schon bei Höfler Fränkische Studien I, 40. 42.

## 254 A.

1467 März 26 Rome.

Allgemeine Bannbulle, wie sie Paul II. am grünen Donnerstag nach römischer Sitte verkündigte,  
mit Aufzählung aller davon Betroffenen, diesmal mit König Georg beginnend.

Paulus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Consueverunt Romani pontifices, predecessores nostri, ad retinendam puritatem religionis christiane et sanctam fidelium societatem ab offensione servandam arma justicie per ministerium apostolatus annis singulis in presenti celebritate exercere. Nos itaque vetustum et solennem hunc morem tenentes ex parte omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, et nostra excommunicamus et anathematizamus omnes hereticos Gazaros, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas<sup>1)</sup>, Speronistas, Passagerios, Viclevistas seu Hussitas, Fraticellos de opinione nuncupatos et quoscunque alias hereticos quocunque nomine censeantur et omnes fautores receptores et defensores eorum. Nominati autem ob suorum criminum magnitudinem et ad evitandum ex contagione ipsius periculum animarum excommunicamus maledicimus et anathematizamus perditionis alumnum Georgium, alias Jersicum de Constat et Pogiebrat, regni Bohemie occupatorem, olim illius regem nominatum, contra quem multorum catholicorum principum et aliorum nobilium ac fidelium populorum eciam regni ejusdem crebris denunciacionibus et querelis merito admittendis et justis requisiti et interpellati, processum jam dudum per felicis recordacionis Pium papam II, predecessorem nostrum, contra ipsum Georgium super damnato crimine heresis atque aliis detestandis per eum perpetratis excessibus inchoatum judiciario ordine prosequendo, tandem exigente justicia et justo judicio, non valentes amplius absque gravi divine majestatis offensa et animarum earundem periculo excessus tam gravissimos sub dissimulatione inultos preterire, ipsum Georgium de consilio venerabilium fratrum nostrorum s. R. ecclesie cardinalium et quamplurium archiepiscoporum episcoporum aliorumque divini et humani juris interpretum et magistrorum hereticum pertinacem, hereticorum fautorem, damnatarum heresum defensorem, perjurum atque sacrilegum fuisse et esse pronunciavimus et sentencialiter declaravimus. Item excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos ipsi Georgio adherentes assistentes obsequentes faventes aut sibi auxilium consilium vel favorem clam vel palam directe vel indirecte prebentes, cujuscunque dignitatis status gradus ordinis preeminencie vel nobilitatis fuerint, qui secum commercium habent ad presens vel habebunt quomodolibet in futurum. Item excommunicamus et anathematizamus damnae heresis defensorem Gregorium de Heimburg, qui sicut alias justo judicio hereticus declarari promeruit, ita nunc quoque in supradicto Bohemie regno petra scandali et lapis offensionis factus est, et dum post venditam animam turpi lucro prophanatori illi Georgio alias Jersico adesse non cessat, cor-

<sup>1)</sup> Palacky IV. 2. 448 Anm. Arnolfistas.

nua in s. R. ecclesiam et sedem apostolicam cunctorum fidelium matrem atque magistrum erigere et ejus mandata contempnere atque canonicas censuras pertinaci spiritu perferre non veretur. Dann trifft der Bann und die Verfluchung hintereinander den ehemaligen Abt Heinrich Crethon des Klosters Passeletum in Schottland, alle Anhänger, Gönner und Helfer der Wiclefisten, die Fälscher von Bullen und andern päpstlichen Briefen, die welche gegen die Person, den Stand und das Ansehen des Papstes consipirieren oder um eine solche Conspiration wissen und sie begünstigen, alle Verletzer der kirchlichen Freiheit, alle Seeräuber, besonders die an der Küste des Kirchenstaates, alle welche die Türken in irgend einer Weise unterstützen, die welche die Versorgung der römischen Curie mit Lebensmitteln stören oder die zur Curie Reisenden oder von ihr Abreisenden überfallen, welche in ihren Gebieten neue Zölle erheben, welche die in Rechtsstreitigkeiten an die Curie sich Wendenden misshandeln, welche Wallfahrer nach Rom überfallen, welche irgend einen Theil des Kirchenstaates befehdten, welche Collecten für den Kreuzzug gegen die Türken unterschlagen, welche die von seinem Vorgänger und ihm aufgehobenen Ablässe noch weiter verkündigen oder benützen. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1467, septimo Kal. Aprilis, pont. n. a<sup>o</sup> tercio.

Esch. fol. 367<sup>a</sup>—368<sup>b</sup> mit der Notiz: papa episcopo Lavantino misit in Wratislaviam, wahrscheinlich zur weiteren Verbreitung. Von einer darauf hin gegen mehrere Anhänger Georgs erlassenen Bulle des Legaten, vom 12. Mai, spricht Palacky IV. 2. 448 Anm., doch erscheint es mehr als fraglich, dass der Legat an diesem Tage die Bulle schon gehabt haben sollte. Vgl. n. 361 N.

355.

1467 April 5.

**Legat Bischof Rudolf an die Stände von Schweidnitz-Jauer. Aufforderung zum Abfall von König Georg.**

Unseren fründlichen grus und allis gut ingote zuvor! Lieben frunde! Nochdem ir uns zu jare durch die ewrn lisset bitten, ab etwas weiter gebot von uns an stat und von wegin unsirs allirheiligsten vaters des bobistis usgeen worden, das wir ewer so lange wir möchten schonen und an euch nicht anheben wolden, dennnoch so haben wir an vil fursten herrn und stete unsire briffe und process geschicket, in die erclerunge desselben unsirs allirheiligsten vaters des bobists, als seine hiligkeit mit rechtem ortil den Girsig als eynen vorstockten und relapsen keczer meyneidig etc. erkant und erclaret und dorumme von kuniglicher und allir andir wirde abgesaczt hat, vorkundet und vorkunden lossen, auch ermanet im keinen beistant zuthuende noch in vor einen konig furtmer nicht zuhalden und von im abzutreten etc., ehe wir euch dorumme haben wollen ersuchen. Nw vorsteen wir, das er, so er billich sich erkennen und von seiner irrunge und ungehorsame absteen und dornoch arbeiten sulde, das er wider in die eynigunge der hiligin cristlichen kirchen kommen, dordurch fride in den landen bleiben möchte etc., undirstee mit dem swerte und durch kriege seine und der seinen keczerey ungehorsam und mutwillen zuhanhaben und zuvorfechten, dorumme er denn folgk uft-

n. 329. neme und yderman ersuche zu im und wider die frome und den heiligen stule zu Rome gehorsame bemische hern und andire, die von unsirs heiligen vatirs des bobistis geheiss und gebotes wegen von im als einem keczer und abgesecztem billich und gotlich abegetreten sein, zu ziehen. Hirumme, lieben frunde, haben wir nicht lenger mögen vorczihen, sunder haben euch müssen vorkundigen lossen solich ortil und dobey ermauen von im abzutreten und euch zuhalden, als fronen und gehorsamen cristen, die yo nicht wider irer selen heil tun wolden, zcusteet, des wir euch auch genczlich zugetrawen ir tun werdent. Furder, lieben frunde, haben wir gesehen eyne abeschrift eynes briffes, den derselbe Girsig wider und fur geschicket hatt, und ist wol vorsehelich, ir habet der auch eynen gehabt, dorynne her sich berumet, das her das reich zu Behmen in einen ganczen und redlichen fride brocht habe, also das der burger koufman weingartner bawrman etc. sich erneren mögen, und beclagit sich von unserm heiligen vater, das er nicht habe mogen gehoret werden, und ein ungehort ding sey eynen zuvorortilen adir vordümen, der nicht gehort sey, mit vil andirn unwarhaftigen worten, und bittet dorumme, ab ir von seiner hiligkeit wegen ermanet wordent von im ab zcutreten, euch doran nicht zukeren, als ir euch an unsir andire processe, die wir euch zu jare zuschickten, nicht gekeret habt etc., wie denn sulche briffe weiter ynnhalden. Lieben frunde, her schreibet von vil gutes, das her getan habe, das doch als vol giftes ist gewest, und in keynir andiren meynunge, wenne das her sich und seyne sone dodurch befestigen und die lande genczlich an sich und seine söne brengen, das er seyne keczerey dornoch disto bass gehanthaben und gebreiten möchte, als denn leider durch in und die seinen an vil enden im reich gescheen ist. Es ist kuntlich, das ee her mit seinen anhangenden keczern und dem erczkeczer, dem Rockenczan, die edle stat Prague vorrettlich obirquam und dem ediln herrn Meynhardt vom Newnhawsse umb sein leben und den Rockenczan, der von dannen vil jare vortreiben was, wider kegin Prague brocht und in einen obirsten obir die pristerschafft in der stat macht und die redlichen regirer in der alden stad und newenstat zu Prague abesaczt und eyteln keczern das regiment befale, das die keczerey zu Prague und an vil enden gar fost und bey ganz offgehoret hatte. Also her sich nicht in das regiment und des gubernators ampt mit gewalt gedrungen und dornoch den edelsten hern kunig Laslaw nicht umb sein leben und sich obir listiglich in das kunigliche wesen brocht, so were lange ein rechter ganczer gotlicher bestentlicher fride in Bemen gewest, want ane czweifil die keczerey were von ir selbis vorlossen, so hette kung Laslaw und die fromen banirherrn zu Behmen wol mogen dieselbe keczerey, wo sie were, und alle andere bufferey in dem kunigreich awsroten und einen ganczen gotlichen bestendigen friden mogen machen. Das heisset kein fride und mag kein fride gesein, do unfrede kegin gote, als do keczerey ist, gestatet, gehanthabt und von tage zu tage gebreitet wirdet; do muss man stetiges furchten den kunftigen czorn gotis, der kriege und alle missesel kommen lesset. Also dass der Girsig mit der worheit [sich] nicht mag nennen eynen uffrucker adir mecher des frides, sunder billicher sal man in nennen eynen vorstörer des rechten frides. So schreibt und claget er auch nicht mit worheit, das er nicht habe mögen gehort werden,

want unsir hiliger vater der bobist von sunderlicher gutikeit hat in lossen citiren adir vorheischen und im eynen langen cziel lossen seczen, dasselbe erstreckt eyne gute czeit, einen langen process und vil offembare gerichtis tage in den sachen gehalden in hoffenunge, das her komen sulde sein adir eyne christliche botschafft geschickt sich vorantworten und zuerkennen geben haben, worumme er in so vil jare seine globde, eyde, briffe, sigil, manigfeldige zcusagunge der gehorsam nicht gehalden, sunder sich zu leczte ercleret hette in der keczerey zu bleiben, und das er gnade gebeten, busse empfangen und sich erboten, als im geboret hette, sich furtmer zeubessern und seine globde, eyde, briffe und ingsigle halden. O wie mit grossen frewden unsir hiliger vater der bobist, alle cardinalen, prelater, konige und fursten botschafft, die zu Rome aws wil landen waren und sein, sulchs gerne gehort hetten, abir das unsir hiliger vater im sulde eynen tag geleget haben, do er noch seinem willen vorhoret were, das geborete sich nicht noch cristlicher ordenunge, want sachen den heiligen glouben antreffende sal man nicht uff tage sunder bey dem hiligen romischen stule und dem stathelder uff erden unsirs herrn und erlösers Jehsu Cristi vorhoren. Alle andere tedunge, die derselbe Girsig und die seinen in den langen und kurczen briffen, die sie wider und fur zu latein und dewtsche geschicket haben, sind gancz giftig und unworhaftig, doruff wir von den gnaden gotis von artikeln zu artikeln mit der worheit wol antworten wollen und eynem iczlichen, der des begeret, entscheyt und undirweisunge gerne geben wollen. Hirumme, lieben frunde, nochdem ir zu jare uns gutlich erbarlich und gotlich zugesagt habt, das ir ye in dem rechten glouben und cristlichem wesen bleiben wollet, als ewre vorfaren getan haben, das denne allein uff dem gehorsam der hiligen römischen kirchen und des heiligen bobistlichen stuls steet, aws der kein mensch selig werden mag, bitten wir euch, ir wollet den geboten unsirs hiligen vatirs des bobistis, die wir euch vorkundigen lossen haben, gehorsam sein und nicht förchten die, die euch am czeitlichen gute und am leibe beschedigen mögen, sunder furchten den, der ewere edele selen, der eyne bessir ist wenne der leichnam und aller der werlet gut, mag vorsunken in die ewige peyne der hellen, do euch alle der almechtige got vor behüte, und euch gebe in ewer hercze, dem barmherczigen und domit gerechten got seynir hiligen kirchen und seinem stathelder uff erden gehorsam zu sein, als ir schuldig seit, dodurch ir zu der ewigen selikeit kommen moget. Geben am sonstag Quasimodogeniti a<sup>o</sup> etc. LXVII.

Esch. fol. 334<sup>b</sup>—335<sup>b</sup> mit der Ueberschrift: Legatus sic scripsit ad Swidnicz Jawor et eorum pertinencias etc. secundario ad communem dietam quam feria II post Quasimodogeniti habuerant in Jawor. Fuerunt littere clause. Sie erlangten noch einen Aufschub von 14 Tagen. Urk. Beitr. n. 394.

## 356.

1467 April 6. Wratslavie.

Unter diesem Datum (VI mensis Aprilis) steht bei Esch. fol. 335<sup>b</sup>—336<sup>b</sup> dasselbe Schreiben des Legaten Bischof Rudolf an die einzelnen Herzöge von Schlesien (auch hier speciell an Herzog Konrad) und an Johann von Rosenberg, welches Palacky in den Urk. Beitr. n. 380 unter dem 20. März abgedruckt hat, wozu vgl. VII. 126. Wahrscheinlich ist es am 6. April wiederholt worden. Vgl. Urk. Beitr. n. 388.

357.

1467 April 14. Prague.

## König Georgs Appellation gegen das Verfahren des Papstes Paul II.

Diese von Palacky in den Urk. Beitr. n. 393 abgedruckte Appellation hat auch Esch. fol. 344<sup>a</sup>—345<sup>a</sup> mit folgender Bemerkung: Item fuerunt pene LX testes subscripti quorum principaliores et christiani per Girsicum accersiti fuerunt sub alio colore, qui postquam venerant, coacti fuerunt ad testimonium prestandum, plures tamen ex testibus fuerunt heretici et propter prolixitatem et horrida eorum nomina lingue mee ineptissima scripsisse et assignasse obmisi. — Der Schreiber, für den Palacky in den zwei ihm vorliegenden Abschriften bereits zwei verschiedene Namen fand (S. 547, Z. 5), heisst hier noch wieder anders, Johannes de Juveni Boleslavia. — Zu der Thatsache, der Appellation an das Concil vgl. Urk. Beitr. n. 396. 404; ferner J. Pažout König Georg v. Böhmen und die Concilfrage im Jahre 1467, im Archiv für Kunde österr. Geschichtsq. Bd. 40.

---

358.

1467 April 17.

## Capitel, Geistlichkeit, Rath und Gemeine von Breslau an den Papst, schildern die drohende Gefahr und bitten um Aufstellung eines katholischen Königs in Böhmen.

n. 347. S<sup>me</sup> p. etc. Suscepimus nunc post festa pascalia breve plumbatum cum aliis duabus  
 n. 345 A. u. bullis sentencie et sue executorialis, quas rev<sup>mo</sup> d. Rudolfo episcopo Lavantino presen-  
 tavit, quibus v. st<sup>as</sup> mandat ab obediencia heretici debere discedi absolvens omnes  
 et singulos subditos a qualibet obligacione qualitercumque illi asstrictos. Hic prefatus  
 rev<sup>mus</sup> d. Lavantinus prius copiam et nunc vere bulle sentencie rescripta transmisit;  
 plures obediunt, plures adhuc dilaciones querunt propter pericula ipsis ab heretico  
 imminentia, quos tamen informacione sue rev<sup>me</sup> paternitatis credimus facturos sicuti  
 bonos decet catholicos. Videns ista hereticus facit stipendia proclamari auxilia hincinde  
 querens quibus magnam jam gentem conduxit et tenet armatam, cum qua mox post  
 treugarum exspiracionem, que ad festum s. Georgii nunc venturi proxime dumtaxat  
 durabunt, campum est ingressurus et omnem quam potest crudelitatem et inhumanita-  
 tem facturus, ut ideoque non aliud nunc restat fidelibus regni hujus quam adversa  
 sumere arma et se defendere aut colla heretico submittere et cum jactura et confusione  
 mandatorum s<sup>ti</sup> v., quod deus auferat, ad eum redire. Statuit primum nobiles dominos  
 barones invadere, et per alium exercitum, quem filii sui Victorinus ex Moravia et alter  
 nobis vicinus cum uxore sua, filia illustris Alberti marchionis Brandenburgensis, parant,  
 ecclesiam et civitatem Wratislavensem ac alias civitates ab eo recedentes aggredi et  
 destruere disponit. Est igitur necesse resistere tirannidi sue, quod catholici isti baro-  
 nes et alii propriis viribus facere nequientes tamquam in extrema necessitate constituti  
 rev<sup>mum</sup> d. Lavantinum invocaverunt requisiverunt, immo protestati sunt nisi faciat, nos

quoque institimus, ut crucis predicacioni propter maximam necessitatem intendere dignetur, sine qua profecto resistencia sufficiens non est danda heretico, qui nichil nisi crucem timet, cum habeat prohdolor reges et principes fautores; ideo oportet fidelem plebem excitari que plebiculam (!) catholicam defensura est; alias conqueri possent catholici se esse traditos, nisi promissa et necessaria defensione tuerentur. Quid enim esset a v. s<sup>te</sup> in mandatis iri, recedere ab heretico et tulisse sentenciam destitucionis justissimam, si non curaretur execucioni demandare et necessariis provisionibus invigilare? Utinam v. s<sup>tas</sup> et rev<sup>mi</sup> d. cardinales hanc instantem necessitatem et bella gravissima viderent, sicut rev<sup>mus</sup> d. Lavantinus in horas experitur, non dubitaremus, nedum cruciatam sed et quos possent thesauros contra hunc armatum hereticum offerrent! Et quamquam multi mali catholici obloquentes dicant hanc rem non esse cordi v. s<sup>ti</sup> et nolle nisi que possit carta ferre auxilia, que pro certo non sufficienter, nos tamen sine dubio speramus oportuna et necessaria subsidia non omitti per v. s<sup>tem</sup>; ita enim frequenter litteris suis apostolicis consolati sumus. Confidimus deo, quod hec crucis predicacio et armatorum fidelium congregacio devicto heretico salutem magnam conferet contra Turcos, fortasse deus ita velit colligere et exercitare populum suum, ut expeditior vadat in Turcum, contra quem indubie nunc paucissimi excitarentur propter preterita incommoda, ac omnes circum vicinarum parcium dicerent: Numquid pejores Turcis habentur in Bohemia? Sed congregatis gentibus ac, ut sperandum est de misericordia et assistencia altissimi, facile superatis hereticis innumeri ituri sunt contra Tureos, qui alias metu horum hereticorum manere coguntur. Ideoque, b<sup>me</sup> p., propter amarissimam passionem domini nostri Jesu Christi humillime et cum lacrimis oramus, dignetur v. s<sup>tas</sup> pro tuicione prefatorum dominorum baronum nostra et aliorum catholicorum se sic in effectu ostendere et porriger auxilia, ut hec res non inferior re Turcorum cordi videatur inesse, ac omnes forciores provisiones quas poterit ad prosecucionem cruciate et late sentencie statuere ac rev<sup>mo</sup> d. Lavantino mittere, ut cognoscant fideles summum pontificem velle eradicare vepres et ab ovili dominico lupos abigere, et animentur et consolentur, videant atque heretici experianturque potentiam pastoris vicarii quippe immortalis dei et timeant et contremiscant. Profecto multum expeditisset eciam, ut post latam sentenciam statim hujusmodi ordinaciones prefato rev<sup>mo</sup> d. Lavantino misse fuissent, quas expectans quoad diuicius non potuit expectare ad curiatam necesse habuit transire et defensionem in dies contra hereticos ordinare, velitque v. s<sup>tas</sup> inter hujusmodi ordinaciones precipue de capite consulere et alium regem catholicum dare absque mora et sine statuicione termini illis qui jus habent eligendi. Erunt enim catholici barones contenti, quod s<sup>tas</sup> v. provideat, alii autem non obedientes, eciam si catholici dici velint, non eligerent absque denique vocacione eorum qui jus ad regnum pretendunt. Hujusmodi catholicum caput, quod inter omnia huic rei conveniencia magis necesse est et principaliter requiritur, omnes fideles regnicole desiderant sub quo unite possint pugnare, nichil quidem periculosius mora sub qua hereticus statui suo consulet et multa mala catholicis orientur, de quibus omnibus rev<sup>mus</sup> d. Lavantinus clarius scribit et Fabianus noster referet v. s<sup>ti</sup>, quam altissimus conservet et dirigat pro felici regimine sue

ecclesie sancte ac in unicam nostram consolacionem retineat in omni prosperitate et sani-  
tate longissime victuram. Datum XVII mensis Aprilis aº etc. LXVII.

Esch. fol. 341<sup>a</sup>—342<sup>a</sup>. In demselben Sinne auch an die Cardinale Bessarion und Carvajal,  
fol. 342<sup>a</sup>—<sup>b</sup>.

---

359.

1467 Mai 4. Wratislavie.

Legat Bischof Rudolf beauftragt den Paulus de Moravia, guardianus in Praga, ordinis  
minorum de observancia den Kreuzzug gegen Georg von Podiebrad zu predigen, ebenso  
den Bruder Bonaventura de Bavaria, gwardianus in Grecz, ord. min. D. Wratislavie etc.  
1467 die quarto mensis Maji.

Ezechiel Opus miscell. III, n. 42 u. 43, p. 523—552. Dahinter auch eine executoria für den  
Bruder Bonaventura, p. 552—576. Dahinter noch eine Vorschrift über die Feierlichkeit bei Ueber-  
gabe des Kreuzes: 1) oratio, 2) super recipientes crucem dicatur, 3) crux ita imponitur, 4) absolutio.  
Bruder Bonaventura wird als thätig erwähnt Urk. Beitr. n. 405. B. — Vgl. auch n. 365 N.

---

360.

1467 Mai (?).

Concept einer Instruction für den Legaten Bischof Rudolf, wodurch ihm besondere Vollmachten  
über den Clerus in Böhmen, Mähren und Schlesien eingeräumt werden.

Auctoritas domini legati extendatur per expressum ad Bohemiam Moraviam Slesiam  
in omnes prelatos quacunque dignitate curatos, verbi dei predicatorum ac etiam ordines  
mendicantium observantes conventuales, suorum desuper non expectata sententia supe-  
riorum, cum causa fidei agatur, qui etiam aliis non parentibus tanquam perfectores  
magis et artius astringantur, quia communiter [se?] pretendunt exemptos, et de illis nichil  
facientibus ceteris minus creditur.

Item habeat dominus legatus auctoritatem expressam suspendendi privandi benefi-  
ciis etc. ac inutiles predicatorum et non zelosos destituendi et instituendi utiles et zelo-  
sos vel etiam ad loca mittendi et singula faciendi, prout rebus exequendis videbitur  
expedire.

Item mandetur districtius in hiis, non obstantibus capitulis vanis noviter editis de  
non exequendis mandatis et litteris apostolicis, nisi prius ordinariis exhibeant [ur?] et  
aliis quibuscumque [cujuscumque?] gradus aut condicionis etc. sub pena privationis habi-  
torum et inhabitatibus habendorum sive restitutionis.

Item si qui rebelles comperti fuerint et inobedientes, procedatur contra illos, ut  
uno vel duobus castigatis eorum exemplo ceteri merito corrigantur, et ut videatur ista  
esse de mente s<sup>mi</sup> domini nostri.

Item procedatur in causa fidei simpliciter et principaliter, de Wratislaviensibus vero  
et Plznensibus non nisi minus principaliter et accessorie mentio fiat.

Item si qui auctoritatem domini legati parvipendent [et] ad sedem apostolicam appellabunt, correpti graviter et redarguti ad eundem remittantur.

Item fiant executiones in multis locis uno eodemque die.

Item episcopi convocent synodum et clerum universaliter de hiis exhortantes.

Item mandetur episcopis, ut a conversatione ejus [sc. regis Georgii] abstineant et litteris nunciis vel personis.

Item fiant executiones etiam in Bohemia.

Kanzlei des Königs Georg n. 143 ohne jede Bezeichnung. Dem Inhalte nach kann es nicht wohl anders als in die Zeit der nachfolgenden Bullen gesetzt werden und der Legat, dessen Vollmacht erweitert werden soll, kein anderer als der Bischof Rudolf von Lavant sein. Dass ein solches Schriftstück in die Hände des Königs, resp. seiner Kanzlei gerieh, während wir es zum Beispiel nicht bei Eschenloer lesen, lässt sich ja auf mehrfache Weise erklären.

361.

1467 Mai 14. Rome.

**Papst Paul II. erklärt sich zur Bestätigung des Thorner Friedens bereit, wenn König Kasimir die böhmische Krone annehmen oder einen andern dazu Gewählten unterstützen wolle.**

Paulus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri episcopo Laventino. Salutem et apostolicam benedictionem. Universalis dominici gregis commissi nobis cura mentem nostram sedulo solicitat et pulsat, ut ad omnia vigilantes nos et presentes continuo exhibeamus que ipsius gregis salutem et oportunam conservacionem concernunt. Precipue autem nunc nobis semper cordi insistit et jugi meditacione pensamus, quomodo necessitati fidelium incliti Bohemie regni recte consulere et ad laudem dei salubriter providere valeamus. Quamvis autem catholici principes reges potissimum et qui regno ipsi adjacent vel vicini sunt, jure fidei et pro debito nominis christiani nobis adesse teneantur, quia tamen conspicimus et scimus carissimum in Christo filium nostrum Kazimirum Polonie regem pre cunctis principibus propter vicinitatem et multa alia comoda ad hoc plurimum prodesse et valere, ymmo ipsum solum omnia confidere posse, ut tamen preter eternum ab omnipotenti deo premium sibi expectandum preterque perennem eidem et posteritati ejus gloriam comparandam senciat ab ecclesia dei et ab apostolica sede cum non modico ecclesie et sedis ipsius interesse non vile commodum se reportaturum, si nos audiverit et nostra apostolica mandata acceperit: eo ipso ex nunc contentamur et placet nobis omnimodamque fraternitati tue super hoc tribuimus potestatem, ut in eventum quo dictus rex aut filius ad regnum Bohemie predictum in regem assumeretur nominaretur aut eligeretur legitime, isque munus ipsum et defensionem regni ejus assumere in se velit seu eciam cuiquam alteri assumpto nominacione vel legitime electo notabilem cum effectu favorem usque ad regni ejusdem totalem assecucionem prestaret et circa rem istam ut fidelis et catholicus rex se habeat, concordiam inter eum et dilectos filios magistrum et ordinem b. Marie Theutonicorum nuper factam auctoritate nostra apostolica quo ad temporalia duntaxat approbes et confirmes, ad que

tamen illum invitare omnibus rationibus ac omni consilio et suasu ipsum exhortari non cesses. Nam si rex ipse rem istam bene perspexerit, cognoscet illam ad se multis ex causis optime pertinere. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1467, pridie Idus Maji pont. n. a<sup>o</sup> tertio.

Esch. fol. 371<sup>a-b</sup>. Diese und die folgenden Bullen sind wohl diejenigen, von denen es VII, 138 heisst: Legatus exivit in Poloniam ad regem in Cracow constitutum, ubi nuncii cum bullis diu expectatis convenerant per Hungariam ex urbe. Wohl erst nach seiner Rückkehr nach Breslau theilte sie der Legat hier mit; so erklärt sich, dass sie Eschenloer erst im October eintrug, zusammen mit der Bannbulle vom grünen Donnerstag n. 354 A, fol. 367 u. s. w. — Vgl. Dlugoss II, 407 u. 408.

362.

1467 Mai 14. Rome.

Zur Beruhigung derjenigen, welche gezweifelt hatten, ob die in der Bulle vom 23. December enthaltene allgemeine Eidesentbindung das Verhältniss der Unterthanen des Königs Georg zu ihm löse, ob das nicht vielmehr zur Befugniss des Kaisers gehöre, spricht Papst Paul II. noch einmal alle Unterthanen Georgs von ihren Eiden gegen ihn los.

Paulus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Ad Romani pontificis, Christi in terris vicarii, in apostolice dignitatis specula presidentis circumspencionem pertinet gesta per eum nonnunquam ex superhabundanti cautela, prout conducere magis conspicit, declaracionis sue adminiculo sic lucida et clara efficere, ut exinde omnis dubietatis auferatur materia et sublatis quibusvis diffugiis suum debitum sorciantur effectum. Sane sicut nuper etc. Folgt ein Auszug aus der Sentenz vom 23. December, n. 345 A. Licet inter alia omnes barones civitatenses vasallos et subditos in dicto regno vel alibi existentes ab omni subjeccione juramento et obligacione n. 345 A. am Ende. quacunque qua tunc essent astricti, tunc absolverimus, prout in apostolicis nostris superinde confectis litteris plenius continetur, tamen, sicut nuper ad nostrum relatione fide dignorum pervenit auditum, sunt quamplures illarum parcium laicales persone, que tanquam simplices et juris ignare sibi conscientiam videntur formare, an sufficienter absoluti a nobis sint per predictas litteras a subjeccione ac homagii et fidelitatis juramento et obligacione quibus dicto heretico antea se ligatos quomodolibet sciebant, maxime cum id putent eciam ad officium imperiale spectare, a quo temporalia propter que fidelitas et homagium hujusmodi prestatur mediate (!) recognoscunt: Nos igitur, etsi tam divino quam humano jure lucidissime declaratum constet, catholicis nullum fedus aut vinculum cum heretico tanquam excluso a fideli consorcio putrido membro esse ineundum aut initum cum eo antequam talis condemnaretur continuandum, cum criminis hujusmodi commissi declaracio omnem solvat obligacionem et pene quoconque juramento firmate impedit commissionem, declaracionem autem seu cognitionem et definitionem ipsius heresis ad Romanum pontificem tantum spectare et pertinere: ad abundantem tamen cautelam et ad tollendam omnem dubitacionis materiam, que, ut premititur, vel orta jam est vel oriri forsan deinceps quomodolibet in mentibus hominum

posset, auctoritate apostolica tenore presencium et ex certa nostra sciencia declaramus omnes barones civitatenses vasallos et subditos predictos ubilibet existentes, quocunque nomine censeantur, ab omni subjeccione homagii et fidelitatis juramento ac obligacione quacunque, quibus se dicto heretico damnato teneri antea quomodolibet intelligebant, plenissime fuisse et esse absolutos, nec deinceps eos ad observanciam alicujus eorum teneri nec jure constringi aut propter non observacionem de infamie vel alia quavis macula notari posse vel debere, perinde in omnibus et per omnia acsi non solum nostra, ut sunt, apostolica verum eciam imperiali auctoritatibus essent a premissis omnibus absoluti, prout eciam ex nunc iterum et de novo eos absolvimus et absolutos fuisse et esse censemus, sublata cuicunque quavis aliter interpretandi facultate aut potestate, contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnio hominum liceat hanc paginam nostre declaracionis et absolucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1467, pridie Idus Maji pont. n. a<sup>o</sup> tercio.

Esch. fol. 370<sup>a</sup>—370<sup>b</sup>.

363.

1467 Mai 15.

Papst Paul II. ersucht den Kaiser Friedrich III. die Unterthanen Georgs von allen Eiden und Verpflichtungen gegen denselben loszusprechen.

Significamus nuper tue imperiali celsitudini processum nostrum adversus dampnatum hereticum Georgium, alias Gersicum Pogiebrat, Bohemie regni occupatorem, justo iudicio et matura discussione per nos solempniter habita, simul etiam late contra eum sententie tenorem transmisimus etc. Tamen, ut nobis pridie fide dignorum relatione innotuit, sunt quam plures illarum parcum persone temporalitatem ab ipso heretico tenentes, que optant, ut ab omni subjectione ac homagio et fidelitate qua dampnato heretico predicto se antea teneri quomodolibet intelligebant, per te liberentur et absolvantur etc. Considerantes preterea maxime ad tuam sublimitatem tamquam advocationem ecclesie et precipuum defensorem fidei catholice pertinere, ut cum nobis et ipsa ecclesia in debitibus sententiis et decretis pro ipsius fidei unitate concurras, proinde eandem tuam sublimitatem hortamur in domino et per viscera misericordie dei omnipotentis requirimus, ut, quemadmodum majestatem tuam decet, velis tamquam princeps catholicus et partibus illis vicinus in debita execucione dicte nostre sentencie nobiscum concurrere et ad satisfaciendum honori predictorum catholicorum antedictos barones civitatenses vassallos et subditos in prefato regno vel alibi existentes ab omni hujusmodi subjectione homagio et fidelitate ac obligacione quacunque a nobis, ut prefertur, absolutos per tuas litteras declarare fuisse et esse sufficienter absolutos etc. D. Rome apud s. Marcum, Idibus Maji, a<sup>o</sup> d. 1467.

Scultetus III fol. 199<sup>b</sup>, die Hauptstelle auch bei Raynald ad a. 1467 n. 6.

364.

1467 Mai 15. Rome.

Mit Bezugnahme auf die in der Bulle vom 23. December enthaltene allgemeine Lossprechung von allen Eiden, Bündnissen und Verpflichtungen gegen König Georg, erklärt der Papst noch speciell die Bündnisse, Verträge etc. aller der namentlich aufgezählten Fürsten, welche mit Georg etwa in Beziehungen gestanden hatten oder stehen konnten, für null und nichtig und die Fürsten dem abgesetzten König gegenüber von aller Verpflichtung ledig.

Paulus etc. Ut ea que justo judicio et matura discussione sentencialiter a nobis terminata ac exequi per litteras nostras in genere mandata sunt sublatis conscientiarum scrupulis suum debitum consequantur effectum, ministerium amplioris declaracionis, sicut expedire conspicimus, libenter adhibemus. Sane licet etc. Folgt wieder ein Auszug aus n. 345 A, wie in n. 362. Verum, quemadmodum fidei dignorum relacione percepimus, nonnullae tam ecclesiastici quam secularis status persone cum prefato Gersico confederaciones ligas promissiones obligaciones juramenta et alia pacta nedum generalia sed eciam particularia inierunt, quibus verti posset in dubium, an per hujusmodi generalem declaracionem et dissolucionem ab illorum observancia sufficienter cum animi quiete sanaque conscientia absolute fore censeantur. Nos igitur pro evitandis animarum periculis et ut unicuique tollatur dubitandi occasio super hoc de abundancioris cautele suffragio providere volentes, auctoritate apostolica tenore presencium dissolvimus ex certa nostra sciencia et cassamus irritamus atque annullamus omnes et singulas confederaciones ligas confraternitates societas paciones convenciones uniones promissiones et obligaciones tam generales quam particulares, eciam si per carissimos in Christo filios nostros, Fridericum Romanorum imperatorem semper Augustum et Mathiam Ungarie ac Kazimirum Polonie reges illustres, quam eciam venerabiles fratres nostros Colonensem Maguntinum et Treverensem archiepiscopos, s. Romani imperii electores, necnon Magdeburgensem Salzburgensem eciam archiepiscopos, Herbiopolensem Bambergensem Ratisponensem Neuemburgensem Augustensem Eystetensem Misnensem Wratislavensem Hildesimensem Olomuncensem episcopos et quosvis alias prelatos ecclesiasticos, eciam si simili vel alia quacunque prefulgeant dignitate, necnon predilectos filios, nobiles viros Ernestum Albertum et Guillemum Saxonie, Ludovicum Sigismundum Ottinem utriusque Bavarie, Sigismundum Austrie duces ac Friedericum comitem Palatinum Reni, necnon Fridericum Albertum marchiones Brandenburgenses, Ludovicum lantgravium Hassie ac quoscunque alias principes comites barones et nobiles nationis predicte, quibuscunque nominibus aut titulis nuncupenter, aut aliquem ipsorum cum predicto heretico olim forsitan quomodolibet aut qualitercunque habite in te facete et mediis juramentis et aliis firmitatibus quibuscunque acceptate et hincinde conscripte ac roborate fuerint, ipsosque et eorum singulos ad nichil eorum teneri aut obligari declarantes, ac quecunque juramenta promissiones et pacta eis et cuiilibet ipsorum relaxantes et dimittentes ac relaxata atque remissa jam fuisse et esse ad majorem certitudinem denunciantes. Ipsos et eorum singulos in virtute sancte obediencie et sub interminacione divini judicij districcius requirendo monemus, quatinus dignitatum honorum et proprie salutis ipsorum

memores, deinceps sentenciam et litteras nostras predictas majori cum devocione ac reverencia suscipientes ac illorum execucioni debite intendentibus necnon eam possibilibus favoribus auxiliis et presidiis eorum promoventes et juvantes, damnatum illum hereticum tanquam membrum putridum et pestiferum a fidelium communitate juste precisum et, ut premittitur, penitus separatum cum omni posteritate et sequela ejus vitent, falsas ipsius artes despiciant, sibi non auscultent, non communicent nec quitquam per se vel alios secum commercii habeant, eum non regem, non ducem, non marchionem, non denique cuiusvis alterius dignitatis titulo nominent aut pro tali reputent, facturi ad laudem omnipotentis dei, in suarum salutem animarum, pro debita premissorum enim execuzione, sicut veros decet principes catholicos, ut celestem pariter et nostram ac hujus sancte sedis apostolice benedictionem et graciam digne consequi mereantur. Nulli ergo etc. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1467, Jdibus Maji, pont. n. a<sup>o</sup> tertio.

Esch. fol. 427<sup>a</sup>—<sup>b</sup>. Der Haupttheil schon bei Müller Reichstagstheater II. 264—265.

365.

1467 Mai 15. Rome

Papst Paul II. ernennt den Bischof Rudolf zum nuncius cum potestate legati de latere für Polen, Böhmen, Preussen, Livland, Meissen und gibt ihm sehr weitgehende Vollmachten, um die Vertreibung Georgs vom böhmischen Throne mit den geistlichen Waffen zu fördern.

Paulus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Rudolpho episcopo Lavantino, nuncio nostro. Salutem et apostolicam benedictionem. Considerantes pro debita et felici execuzione sentencie per nos nuper contra damnacionis et perditionis filium Georgium, alias Jersicum Pogiebrat, Bohemie regni occupatorem, late necnon litterarum apostolicarum desuper confectarum plura dietim necessaria posse occurrere, in quibus periculum forsan imminaret, si pro eis semper ad nos recursus deberet haberi, proinde super hoc salubriter providere volentes ac de tue fraternitatis integritate diligencia fide prudencia et rerum experientia in magnis et arduis haec tenus nobis comprobata plenarie confidentes necnon indubie tenentes, quod que tibi circa premissa duxerimus commitenda ad laudem dei ac nostrum et sancte sedis apostolice honorem studiose et laudabiliter exequaris: hac itaque fiducia et consideracione ducti te in Polonie et Bohemie regnis necnon ducatibus marchionatibus comitatibus et aliis dominiis ad ea spectantibus et pertinentibus ac eciam in Prussie Livonie et Misnensibus partibus auctoritate apostolica tenore presencium nuncium nostrum cum potestate legati de latere constituimus et deputavimus ac ad effectum execucionis predicte sentencie tantum plenam et liberam eidem fraternitati tue concedimus facultatem, quoscunque prelatos principes dominos communitates universitates et particulares personas tam ecclesiasticas quam seculares convocandi et requirendi ac de modo et ordine debite execucionis nec non ad resistendum dicto Georgio et aliis quibuscumque hereticis tractandi concordandi et concludendi

et ad id quorumcunque subsidia presidia atque auxilia auctoritate nostra implorandi et, si ita expediens foret, in singulis dominiis predictis duntaxat contra ipsos hereticos cruciatam predicandi et ab aliis predicari faciendi, ita quod crucesignati contra eosdem hereticos pugnantes vel ad id contribuentes aut oportuna presidia conferentes juxta ordinacionem tue fraternitatis desuper faciendam non solum semel in vita sed etiam in mortis articulo indulgenciam plenariam consequantur, cujus indulgencie quorumcunque ordinum utriusque sexus religiosi participes esse possint ex oracionibus jejuniis et aliis operibus piis que eis pro victoria obtinenda imponentur, dummodo alias non habeant unde contribuere possint; absolvendi quoque sic crucem assumentes pugnantes vel contribuentes aut conferentes ab omnibus et singulis ecclesiasticis sententiis censuris et penis quibus forsan qualitercunque ligati sunt, preterquam ab homine specialiter latis nisi prius satisfacto vel parte conscente, necnon cum eis dispensandi super irregularitate divinis se immiscendo vel ex apostasia quomodolibet contracta et super fructibus occulte vel male perceptis ac bonis indebit acquisitis in expugnationem hereticorum duntaxat convertendis concordandi et componendi, quecunque denique peregrinacionis ac abstinentie et alia preterquam beatorum Petri et Pauli et continencie vota quibuscunque in defensionem catholicorum contra hereticos venientibus et pugnaturis seu ad id contribuentibus vel tantum dantibus quantum quis verisimiliter expositurus esset in transitu ad loca debita, vel aliis debite pensatis votorum et personarum qualitatibus, prout tibi seu ad hoc per te deputandis confessoribus ydoneis videbitur, in hoc ipsum opus commutandi; preterea super ipsa cruciata et congregando exercitu capitaneum generalem catholicum aptum et ydoneum, qui onus hoc ad laudem dei et defensionem fidei suscipere ac fideliter gerere velit deputandi et ut reliqui omnes ei obedient pariter et intendant injungendi atque mandandi; bona etiam quecunque mobilia et immobilia hereticorum quibuscunque licite occupanda concedendi et donandi, ac ea que heretici ad terras catholicorum vel econtra ex terris catholicorum in vel extra regnum ducerent aut duci facerent in predam dandi; omnibus quoque in serviciis damnati Georgii et aliorum hereticorum existentibus sive circa fossas argenti sive alibi ubicunque ut infra terminum per te eis prefigendum discedant sub eisdem penis quibus ipse Georgius irrestitus est mandandi, illosque ac ecclesiasticos et seculares quoscunque cuiuscunque dignitatis etatis sexus vel ordinis existant sub excommunicacionis suspensionis et interdicti et etiam privacionis penis auctoritate apostolica per edictum movendi et requirendi, ut mandatis apostolicis reverenter obedient et intendant ac ab omni commercio Georgii et aliorum hereticorum abstineant ac eos et alios quoscunque qui quovis contractu vel debito Georgio qualitercunque tenerentur vel obligarentur, ad aliqua illi tenenda servanda aut persolvenda nullatenus deinceps obligari nec ad id posse compelli eadem auctoritate declarandi, ac propter inobedientiam et rebellionem quoscunque cuiusvis dignitatis, episcopali et abbaciali duntaxat exceptis, status gradus ordinis vel preeminentie fuerint, videlicet ecclesiasticos dignitatibus officiis et beneficiis, seculares vero honoribus titulis feudis et privilegiis suis privandi et beneficia aliis ydoneis conferendi ac ad simila et alia imposterum obtinenda inabiles perpetuo et infames declarandi, necnon

censuras quascunque, justicia rebellione vel inobedientia exigente, prout tibi videbitur, fulminandi et interdictum ponendi ac positum ex bonis causis et respectibus, sicut expeditre vel utile aut necessarium cognoveris, tollendi vel perpetuo seu ad tempus suspenderi, precipue vero per eos dies quibus forsan publicande essent indulgencie aut cruciata predice; neconon contra impedientes aut perturbantes hujus tam salutaris negotii executionem summarie simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicij, sola veritate inspecta procedendi ac penitentes et reverti volentes ad gremium ecclesie, si id humiliter pecierint, in forma ecclesie consueta et prout juris fuerit, absolvendi et habitandi ac ad honores dignitates officia beneficia feuda bona et jura sua omnia aliasque in pristinum statum restituendi et reponendi, neconon cum eis, si oportunum videbitur et expedire cognoveris, dispensandi; officiales denique et magistratus quoscunque in regno Bohemie quos apostolicis mandatis inobedientes inveneris deponendi; appellaciones insuper provocaciones et subterfugia quecunque per eundem Georgium vel alios quoscunque interposita forsan vel deinceps quavis occasione vel causa ex premissis interponenda frivola et inania nulliusque roboris vel momenti fuisse et esse eciam per edictum publicum declarandi; neconon contradictores quoscunque per censuras ecclesiasticas et alia oportuna juris remedia appellacione postposita compescendi et, si ac quociens opus fuerit, auxilium brachii secularis invocandi omniaque alia et singula in premissis et eorum singulis necessaria seu quomodolibet oportuna faciendi ordinandi gerendi disponendi mandandi et exequendi, eciam si talia essent que mandatum exigerent magis speciale quam presentibus est expressum: non obstantibus quibusvis privilegiis exceptionibus litteris et indultis apostolicis quibuscunque in genere vel in specie per nos vel sedem predictam sub quavis verborum forma et expressione concessis, que omnia in quantum effectui presencium obviare et retardare illum possent pro infectis et non concessis haberi volumus et viribus evacuamus, ceterisque contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari aut suis dignitatibus et beneficiis privari seu alia quavis pena multari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem. Tu igitur, venerabilis frater, onus tam meritorii negotii devota mente suscipiens te in illius executione sic solicitum ac verbo et opere studiosum atque diligentem exhibeas, quod ex tuis laboribus divina tibi favente celesti gracia fructus sperati adveniant, tuque per sollicitudinem tuam eam que pias causas gerentibus pro retribuzione impenditur palmam glorie non solum consequi merearis, verum eciam apud nos et sedem predictam non immerito valeas de exacta diligencia fide et integritate uberiorius commendari. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1467, Jdibus Maji. pont. n. a<sup>o</sup> tercio.

Esch. fol. 368<sup>b</sup>—370<sup>a</sup>. Nach seiner Bestätigung als Bischof von Breslau im nächsten Jahre wird Rudolf auch als Legat von Neuem bestätigt. 1468 Apr. 27. Rome. Theiner Mon. Hungar. II p. 158. Ein Auszug der Bulle im Cod. dipl. Saxon. reg. II, 3. n. 1089, und die darauf hin durch den Legaten erfolgte Ernennung des Dominikaners Heinr. v. Slestadt zum Kreuzprediger und Geldsammel in der Ober- und Niederlausitz und Theilen von Meissen, 1467 October 2 Wratislavie,

ebendas. n. 1095; vgl. auch n. 1091. 1101. 1106. An der Stelle, wo Raynald ann. eccl. ad a. 1467, n. 8 die Bulle erwähnt, bemerkt er zugleich, dass der Papst auch noch den Bruder Gabriel von Verona zum censor fidei sacrae adversus impios Wiclefistas am selben Tage ernannt habe. Diese Bulle findet sich bei Eschenloer nicht.

## 366.

1467 Mai 15. Rome.

**Vollmacht für den Legaten Bischof Rudolf im Gebiete seiner Legation die für den Kreuzzug gesammelten Gelder einzuziehen und davon nicht mehr als den dritten Theil nachzulassen.**

Paulus etc. Cupientes ut lata per nos sentencia contra perfidum hominem Georgium de Podiebrat, incliti regni Bohemie occupatorem, debitam et celerem accipiat execucionem, nichil per nos, ut conspicis, omittitur ex quores hujusmodi subsidium quocunque accipere possit. Tue itaque fraternitati de qua in hiis et aliis plenam in domino fiduciam gerimus, committimus et mandamus, quatinus habita inquisitione diligenti omnes et singulas pecunias et bona quecunque ubivis locorum infra limites tue legacionis sive in cippis sive apud quascunque personas reperta fuerint, que hactenus sub nomine cruciate collecta sive deputata aut promissa fuerint, ad manus tuas vel ubi tibi ordinandum videbitur, dummodo in alio opere quam in subsidio predicte execucionis non expendantur, deduci facias, contradictores per censuras ecclesiasticas compellendo atque cum detentoribus hujusmodi aliqua evidenti ratione vel necessitate suadente componendo, ita tamen quod in hujusmodi compositione ultra terciam partem bonorum seu pecuniarum eorumdem non remittas, quodque ut eos qui occasione detencionis predictarum pecuniarum et bonorum vel eciam non revelando taliter detinentes ligati sunt ab omnibus et singulis execucionis et aliis ecclesiasticis vinculis penis et censuris, eciam vigore bulle per nos n. 354 A. in die Jovis sancta promulgare cum dispensacione irregularitatis, si quam propter premissa incurrerunt, absolvere possis fraternitati tue tenore presencium plenam et liberam apostolica auctoritate concedimus facultatem. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1467, Jdibus Maji, pont. n. a<sup>o</sup> tercio.

Esch. fol. 429<sup>a</sup>.

## 367.

1467 Mai 15. Rome.

**Papst Paul II. gibt dem Legaten Bischof Rudolf Vollmacht von allen geistlichen Einkünften innerhalb seines Legationsbezirkes den Zehnten zu erheben, zur Unterstützung des Kampfes gegen den Ketzer.**

Paulus etc. Cum pro execuzione per nos dudum late sentencie contra perditionis filium Georgium, alias Gersicum Pogiebrat, Bohemie regni occupatorem, fraternitatem tuam in Polonie et ejusdem Bohemie regnis necnon ducatibus marchionatibus comitatibus et aliis dominii ad ea spectantibus et pertinentibus ac eciam in Prussia et Livonie partibus nuncium nostrum cum potestate legati de latere constituerimus et deputaverimus: Nos cupi- n. 365.

entes, ut ipsa execucio debitum et celerem obtineat effectum, ac confidentes, quod que tibi commiserimus ad laudem dei et nostrum ac sancte sedis apostolice honorem laudabiliter exequaris, eidem fraternitati tue integrum vel semidecimam in regnis ducatibus marchionatibus dominiis ac aliis partibus predictis, ad effectum predice execucionis tantum et non alias, super quibusvis fructibus redditibus et proventibus ecclesiasticis imponendi, que vel major pars ipsius cedat et cedere debeat in subsidium onus defensionis contra ipsum hereticum acceptanti et assumenti, eciam si imperiali regali ducali aut alia quavis seculari dignitate prefulgeat, nec non aliis contra eundem hereticum euntibus vel mittentibus aut alias acceptanti effectualiter assistentibus ecclesiasticis prelatis principibus comitibus universitatibus et dominis, in quorum dominiis et locis ipsa decima exigi pacietur et colligi poterit, neconon pro hujusmodi decimaru[m] et aliorum subsidiorum exaccione ac administracione fideli unum vel plures ac tot quot expedire ac utile et necessarium fore conspexeris, collectores et succollectores fidos et ydoneos deputandi et constituendi, qui de collectis et administratis per eos pro tempore fidelem reddant rationem, et si in publicandis indulgenciis ad effectum hujusmodi expedicionis contra Jersicum ac levandis et colligendis pecuniis tam ex eisdem indulgenciis quam decimis et aliis contribucionibus ac subsidiis forsan diferencia aliqua aut difficultas emergeret, evidenti ratione aut necessitate ita suadente, de certa quota pro fabrica ecclesie aut loci vel digna alia re aut causa dimittenda cum quibusunque ordinariis seu locorum superioribus rectoribus et dominis concordandi et componendi ac omnia alia et singula in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna et ad felicem hujusmodi execucionem necessaria hic non expressa faciendi disponendi mandandi ordinandi et exequendi specialem plenam et liberam apostolica auctoritate presencium tenore facultatem concedimus pariter et potestatem, non obstantibus quibusunque exemptionibus privilegiis et indultis apostolicis generalibus vel specialibus quibusvis concessis, eciam quod ad solucionem decime vel impositionis alicujus minime teneantur et ad id compelli aut quod propterea interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem ceterisque contrariis quibusunque. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1467, Jdibus Maji, pont. n. a<sup>o</sup> tercio.

Esch. fol. 429<sup>a-b</sup>.

368.

1467 Mai 15 Rome.

Papst Paul II. beauftragt den Legaten Bischof Rudolf die Wahl eines neuen katholischen Königs von Böhmen schleunigst zu betreiben und den Erwählten zu approbieren, und auf Wunsch der Wähler an der Ernenng desselben persönlich Theil zu nehmen. Die Bestätigung behält sich der Papst vor.

Paulus etc. Cum alias per nos ad privacionem perdicionis filii Jersici de Pogiebrat, occupatoris Bohemie regni, tanta quanta jam catholici omnes et universus pene orbis nosse potuit maturitate et juris ordine processum extitit, quippe qui, ut omittamus salubria illa multa

paterna precepta miramque pacienciam et longam nimium expectacionem Pii II. predecessoris nostri, nichil et nos intemtatum reliquimus nullaque pretermisimus si ad morbum valuisserent adhibita remedia, sicuti formatus superinde processus explicat et fulminata a nobis sentencia testatur, . . . ut errantem illum ad salutis semitam revocaremus restitueremusque eum fidelem et penitentem filium misericordi deo et sancte matris ecclesie gremio: Nos considerantes modo ac paterne pensantes discrimina gravia et pericula maxima, que vacante nunc regno et invalescente occupatoris predicti perfidia regno ipsi inclito ac fidelibus populis in eo degentibus multiplicibus modis exoriri et exurgere possent, nisi regni ejusdem viduitati et privacioni predicte de proprio catholicō rege et rectore fidei celeriter ac salubriter provideretur, idcirco, ne per diuturniorem moram regno predicto et fidelibus deo baronibus ceterisque catholicis regnocolis noxii aliquid aut incommodi, quod deus avertat, quomodolibet accideret, volumus et fraternitati tue per has nostras expresse committimus et mandamus, ut ipsis receptis omnes illos et singulos, quicunque illi sint et cujuscunque status vel dignitatis existant, ad quos regni Bohemie eleccio spectat, cum regnum pro tempore vacat, catholicos duntaxat eidem non adherentes, ad locum aliquem ydoneum et aptum pro regis eleccione celebranda convocare et coadunare procures, et ipsis sic in unum congregatis pro potestate nostra omnibus quibus scies et valebis racionibus atque modis proponas demonstres suadeas et consulas, moneas eciam illos ac requiras, ut necessitatem eorum ac regni diligenter attendentes et deum pre oculis habentes ad predicti futuri regis, catholicī tamen et fidelis, eleccionem omnino devenire et in illum vota convertere debeant quem inspirante domino ydoneum et aptum omnipotentique gratum ac regno et regnocolis utilem optimumque defensorem fore crediderint. Ad quam salubrem eleccionem procedentibus ipsis, ut optamus et expectamus, electum ipsum continuo auctoritate nostra apostolica approbes et regem declares, per nos postea et sedem apostolicam confirmandum. Si illi autem causis forsan aut racionibus aliquibus ab hujusmodi eleccione facienda se retraxerint illamque celebrare renuerint vel distulerint, nisi tu simul cum eis nomines, non desistas, qui ad eorum quietem mentis satisfaccionemque cum ipsis regem nomines et nominatum approbes, postmodum, ut supradictum est, a nobis confirmandum. Quam rem ut ad laudem dei et salutem populorum maxime regni memorati confirmationemque et augmentum fidei christiane atque cor et desiderium nostrum, ex quibus eciam merita tibi pendent gloriam, exequi confidere et ad effectum debitum deducere valeas, nos super omnibus et singulis predictis fraternitati tue tenore presencium plenam et liberam concedimus facultatem. D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1467, Jdibus Maji, pont. n. a<sup>o</sup> tercio.

369.

1467 Mai 15. Rome.

Papst Paul II. bevollmächtigt den Legaten Bischof Rudolf den König Kasimir von Polen und die Seinen von dem durch die Bekriegung des deutschen Ordens verwirkten Censuren zu absolvieren.

Paulus etc. Comparentibus coram nobis oratoribus carissimi in Christo fidelis nostri Kazimiri, regis Polonie illustris, ejus nomine asseruerunt, quod, quanquam prefatus rex non arbitretur se aut suos subditos adherentes et sequaces aliquo excommunicacionis vinculo in generē vel in specie, eciam in bulla die Jovis sancta per predecessores nostros et presertim felicis recordacionis Nicolaum V. et Calistum III. contra invadentes et occupantes bona religionis beate Marie Theutonicorum aut invadentibus et occupantibus hujusmodi dantes auxilium consilium vel favorem late et promulgatae quomodolibet irretitos, tamen quia bonarum mencium est timere culpam, eciam ubi culpa non est, iidem oratores pro parte dicti regis a nobis humiliter et devote pecierunt, ut saluti animarum consulentes regi neonon subditis adherentibus et sequacibus hujusmodi et aliis premissis absolucionis beneficium ad cautelam impartiri de benignitate apostolica dignarremur. Nos itaque considerantes, quod apostolica sedes non consuevit veniam petentiibus denegare, quodque pium et meritorium sit dictam absolucionem egentibus elargiri, fraternitati tue, de qua in hiis et aliis, quemadmodum facti demonstrat evidencia, speciale in domino fiduciam obtainemus, presencium tenore committimus et mandamus, quatinus regem ipsum per te duntaxat, reliquos vero subditos invadentes et occupantes ac eis faventes et adherentes, si id humiliter pecierint ac magistri dicte religionis ad hoc expressus accedat assensus, per te vel alium seu alios quos ad id duxeris deputandos, ab omnibus et singulis excommunicacionis aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis quas premissorum occasione incurrerunt simpliciter vel ad cautelam auctoritate nostra absolvias in forma ecclesie consueta, injuncta tam regi quam culpabilibus hujusmodi pro modo culpe penitencia salutari et aliis que de jure fuerint injungenda. Et ulterius ecclesiasticos ad dignitates beneficia ac officia, laicos vero ad honores statum et famam, alios in eum statum in quo quomodolibet ante emanacionem censurarum hujusmodi existebant restituas et reponas ac cum eis super irregularitate, si quam contraxerint, dispenses, interdicta relaxes, aliaque facias que circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna. Et quia forsan magna est subditorum adherencium et sequacium ac aliorum hujusmodi multitudo, qui pro eadem obtainenda absolucione te sine discrimine adire non possent, cupientes eorum indemnitati providere, volumus ac tibi concedimus, quod tam ad ipsius regis quam dominorum dicti regni instanciam omnibus et singulis episcopis prepositis decanis et aliis in dignitate ecclesiastica constitutis personis parochaliumque ecclesiarum rectoribus vices tuas subdelegare et committere possis. Hanc autem commissionem nostram et absolucionis beneficium per te, ut premittitur, impendendum ita demum valere et effectum sortiri debere volumus, si modo prefatus carissimus filius noster, sicut speramus, casu quo ipse aut filius ejus eligeretur nominaretur aut assumeretur ad Bohemie regnum, illud cum effectu acceptaverit seu electo alteri nominatoe vel assumpto adstiterit et favorem subsidiumque opportunum

usque ad regni ejus assecucionem tanquam catholicus princeps et sedi apostolice rex devotus prestiterit. Alias commissionem presentem et absolucionem predictam ex nunc decernimus nullius fore roboris et momenti. Quia vero difficile admodum esset has litteras ad singula loca in quibus necessarie forent differri, volumus, quod earum transsumpto manu notarii publici subscripto et tuo sigillo munito plenaria et indubitata fides adhibeatur in omnibus et per omnia ac si presentes littere forent exhibite vel ostense. D. Rome apud s. Marcum aº inc. dom. 1467, Idibus Maji, pont. n. aº tercio.

Esch. fol. 370<sup>b</sup>—371<sup>a</sup>.

370.

1467 Mai 15. Rome.

Papst Paul II. gibt dem Legaten Bischof Rudolf die Vollmacht, die ihm durch die vorhergehende Bulle verliehene Befugniss dem Bischof Vincenz von Culm, indess nur für das Gebiet seiner Diöcese, zu delegieren.

Paulus etc. Nuper per alias nostras fraternitati tue commisimus, ut quibusdam servatis condicionibus in litteris ipsis nostris late expressis, ad quas nos referimus ipsas hic pro expressis habentes, carissimum in Christo filium nostrum Kazimirum Polonie regem illustrem ejusque subditos adherentes et sequaces, qui aliquo excommunicacionis vinculo in genere vel in specie, eciā vigore bulle die Jovis sancta per predecessores nostros et presertim felicis recordacionis Nicolaum V. et Calistum III. contra invadentes et occupantes bona religionis beate Marie Theutonicorum aut invadentibus et occupantibus hujusmodi dantes auxilium consilium vel favorem late et promulgare quomodolibet irretiti essent, ab omnibus et singulis excommunicacionis aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis quas premissorum occasione incurrerunt nostra auctoritate absolveres in forma ecclesie consueta. injuncta tam regi quam reliquis hujusmodi pro modo culpe penitencia salutari, necnon alia omnia que circa ea necessaria essent seu quomodolibet oportuna, prout in eis litteris nostris plenius continetur, exequereris et faceres. Verum quia provincie latissime sunt et medicina morbis quamcūcūs est adhibenda, ut predictis observatis condicionibus venerabili fratri Vincencio, episcopo Culmensi et perpetuo ecclesie Pomozaniensis administratori auctoritate apostolica deputato, quoad constitutos intra limites dictarum ecclesiarum necnon illarum dyocesum duntaxat, eandem commissionem nostram integre subdelegare possis harum serie fraternitati tue plenam et liberam concedimus facultatem. D. Rome apud s. Marcum aº inc. dom. 1467, Idibus Maji, pont. n. aº tercio.

Esch. fol. 370<sup>b</sup>. Bischof Vincenz war als Mitglied der polnischen Gesandtschaft im Frühjahr in Rom gewesen, vgl. n. 348. Er war ein besonderer Günstling des Königs.

371.

1467 Mai 22. Rom.

Fabian Hanko schreibt an den Breslauer Rath, um den Verdacht von sich abzulehnen, den man auf ihn geworfen, als wenn er wegen der Executorialbulle mit dem Bischof Jodocus ein heimliches Einverständniss gehabt; versicherte auch, dass man ihn nicht alle Zeit zu Rathe zöge, wenn Bullen und Breven gemacht würden, sondern sie ihm gäbe, wenn sie fertig wären, um sie wegzusenden. Er habe demjenigen, welcher die Besorgung der Executorialbulle gehabt, bis 80 Namen von Fürsten, Bischöfen und andern Prälaten aufgezeichnet gegeben, denen man allen habe schreiben und mitschicken sollen, und wohl tausendmal darum gekeift, dass es nicht geschehen. Etlichen Bischöfen und Kurfürsten sei wohl geschrieben, wie auch Absolutionsbullen ausgefertigt worden, darin alle Könige, geistliche und weltliche Fürsten berührt werden, wenn sie ja meinten vorhin nicht absolvirt zu sein. Wäre es eine besondere Sache für einen Herrn oder eine Gemeine und nicht die Sache des apostolischen Stuhles, so möchte man die Executorialbulle nebst der Sentenzbulle nicht für 500 Dukaten und das Register für 208 345 A u. B. Dukaten gehabt haben. Rom den 22. Mai.

345 B

n. 364.

Excerpt bei Klose III, 322, fälschlich ins Jahr 1465 gesetzt.

372.

1467 Mai 28. Sagan.

**Der Saganer Rath an den Görlitzer, in Betreff eines von Breslau aus gegen Sagan beabsichtigten Zuges.**

Venerabilis frater, etc. Super tribus nos nuper per tuas consuluisti litteras, quid provideri quidve agi a te jubeamus, de cruciata primum, de treugis deinde, et tertium super negocio prepositi Wratislaviensis, acoliti nostri. De hoc prepositi ipsius negocio

satis per alias nostras quid fieri et quomodo a te procedi velimus mandavimus. Quan- n. 383.  
tum vero ad cruciate predicationem, quam quidem speramus in universa Germania pre-  
dicandam, quantumque eciam ad treugas predictas attinet, illud prope diem intelliges, U. B. n. 426.  
cum propter hec et alia aliqua intendamus brevi prelatum aliquem nostrum et sedis  
apostolice nuncium et oratorem ad ipsas Germanie partes destinare, qui super predictis  
tecum litteris aut nuncio conveniet, et inter vos de hujusmodi capto consilio illa simul  
auctoritate nostra providere procurare et agere poteritis que rerum condicio et tempo-  
rum qualitas pro vestra circumspetione suadebunt. D. Rome apud s. Marcum sub  
annulo piscatoris die ultimo Januarii 1468, pont. n. a<sup>o</sup> quarto.

Esch. fol. 413<sup>b</sup>. Am 3. Februar macht er davon den Breslauern Mittheilung fol. 414<sup>a</sup>. Der  
neue Legat war Lorenz Rovarella, Bischof von Ferrara, der schon im vorigen Jahre auf dem Nürn-  
berger Reichstage gewesen war, vgl. VII, 140. — In Betreff seiner diesjährigen Thätigkeit vgl. n. 392.

385.

1468 Februar 1.

Die Stadt Breslau bittet Papst Paul II. den neu erwählten Bischof Rudolf zu bestätigen, ihm  
die Annaten zu erlassen und das Bisthum Lavant zugleich als Commende zu überlassen.

Significavimus v. s<sup>ii</sup> proximis superioribus diebus ex magna frequentique dieta Wrat- n. 379.  
islaviensi pro festo b. Lucie cum cursore quo potuimus velociori ea que post obitum  
quondam episcopi nostri valde expedire videbantur et necessaria; quomodo magnificus  
dominus de Stellis cum aliis omnibus baronibus et colligatis catholicis, pariter et ser<sup>mi</sup>  
d. regis Polonie nobiles oratores ad consulatum nostrum venientes nobiscum multo con- 13. Dec.  
silio super alio eligendo episcopo diversis pensatis usi ac mature ruminantes, que istis  
permaximis fidei rebus bona media et felicem exitum conferrent. Inter alia noverunt et  
clare patet statum hujus patrie, ymmo tocius regni Bohemie in hoc negocio arduissimo  
aut bene aut male successurum in hujus ecclesie antistite consistere, quare itaque commu-  
nicato consilio omnes simul venerabile hujus ecclesie Wratislaviensis capitulum acces-  
simus suadentes hortantesque, ut statuto die beatorum martyrum Fabiani et Sebastiani 20. Januar.  
vota in dignissimam personam rev<sup>di</sup> d. Rudolphi episcopi Lavantinensis, fidelis creature  
oratorisque v. s<sup>ii</sup>, dirigerent, tam ecclesie hujus quam bene gerendarum rerum necessitate  
exigente. Licet tunc gratum acciperemus responsum, tamen cum eleccionis res ante-  
quam consumitur incerta sit, ad v. s<sup>tem</sup> cucurrimus humiliter petentes, ut qualitercumque  
eleccio ista terminaretur, s<sup>tas</sup> v. statutum diem cum provisione prefati rev<sup>di</sup> d. Rudolphi  
prevenire dignaretur. Itaque, b<sup>me</sup> p., adveniente die elecciois subsecuta est alia magna  
et notabilis legacio missa per rev<sup>mum</sup> d. archiepiscopum Gneznensem, metropolitanum  
ecclesie Wratislaviensis, que capitulo in sentenciam nostram pariformiter persuadens  
hunc rev<sup>dum</sup> d. Rudolphum, qui in sermone sit verax, in iudicio justus, in consilio pro-  
vidus, in bonitate conspicuus, magnarum rerum expertissimus, in commisso fidelis, doc-  
tissimus omnibus acceptus, virtuosissimus et in omni morum venustate preclarus, et qui  
apostolice sedis meretur graciam et fere omnium regum principum populorumque favo-

rem et amiciciam sibi conciliavit, sub cujus integritate ecclesia Wratislaviensis jam defecta relevari ac fideles contra crudelissimum hereticum defendi poterunt, merito eligendum fore ajebat. Ymmo pensatis, <sup>s<sup>me</sup></sup> d., periculis nostris et maxime sancte fidei nullum esset majus, si hac vice his procellosis temporibus aliis quam rev<sup>dus</sup> d. Rudolfus Laventinensis isti ecclesie preficeretur. Sicut igitur deo placuit, ita factum est, ut unanimis votis omnium eligencium, nullo penitus discrepante, letantibus universis populis, idem rev<sup>dus</sup> d. Rudolfus . . . electus est et nunc a v. <sup>s<sup>te</sup></sup> postulandus. Profecto ad gravissima onera sua rev<sup>da</sup> dominacio postulatur, ad multos et periculosissimos labores pius pontifex vocatur, qui tamen diu vitam meruisset ducere quietam. Eum quippe hec calamitosa exinanitaque Wratislaviensis ecclesia requirit sponsum, sub cujus prudencia relevari creditur, eum quoque postulat hec fidei urgentissima causa esse presulem Wratislaviensem, a quo magna dependet ejus salus. Certe judicia dei quis scrutatur? Mortuus est Jodocus episcopus et quamplures viri sectum sencientes infra paucos dies vgl. VII, 163. ante prefatam dietam, quos deus noluit interesse, ut concordiam suorum fidelium conservaret augmentaret et roboret. Sancta igitur hujus rev<sup>di</sup> domini postulacio procul dubio a deo data et adeo rite ac juste facta, ut nec v. <sup>s<sup>tas</sup></sup> neque ipse rev<sup>dus</sup> dominus postulatus denegare debeant consensum, cum non sit resistendum voluntati divine. Sed, d. b<sup>me</sup>, gravem se ostendit nec addicere vult, quod licet sue dignissime persone non sit imputandum, nam gravissimis laboribus et curis quas virtute sue legacionis gerit addet graviores, tamen quo ad tocius reipublice commodum et hujus misere ecclesie relevamen sua rev<sup>da</sup> dominacio non debet recusare, ymmo subeundem est omnes labores et non vitandum ex quibus et animarum salus et fidei securitas poterit resultare. Verum cum hec ecclesia quasi ad ultimum sui esse redacta sit in cunctis suis bonis aut desolata bellorum dispendiis aut terribilissimis inscriptionibus ac impignerationibus, substrata nedum antiquis sed et novis ac recentibus litium amfractibus, expensis et consumptibus maximis per episcopum Jodocum involuta, erunt sibi angustie labores et dolores die nocteque pro panibus manducandi, et presertim quando jam post treugas redibunt bella heretici, cui istius ecclesie castra et opida sine omni provisione per Jodocum vacua relicta vicina sunt et in latere situata. Ideo ad v. <sup>s<sup>tem</sup></sup> hujus ecclesie conservacio unica spectat. Quare humiliter rogamus, dignetur v. <sup>s<sup>tas</sup></sup> hanc postulationem sanctissimam gracie admittere confirmare et rev<sup>de</sup> domino postulato demandare, ut curam hanc suscipiat, et ubi suam rev<sup>dam</sup> dominacionem continget deficere, v. b<sup>do</sup> clementissima graciis et auxiliis suppleat, et precipue cum ista ecclesia omnino non habeat annatam et alia que apostolice camere teneretur, illi misericorditer remittere suis calamitatibus et miseriis paternaliter compaciendo atque pro necessitate novi hujus Wratislaviensis pontificis suam Laventinensem ecclesiam in administracionem committere. Nam testem deum invocamus: non sunt redditus hujus ecclesie quibus episcopus solito more se poterit conservare, cui nunc pre omnibus aliis de liga catholica graviora incurrunt bella, ad que pro fidei defensione episcopatus iste et ille minime sufficient. Et quia fidelissimus jam diu fuit et est orator v. <sup>s<sup>te</sup></sup>, non ambigimus quin v. <sup>s<sup>tas</sup></sup> de status sui honore et exaltacione paterne et clementissime providebit. Cetera que hic essent

scribenda intelliget v. s<sup>tm</sup> ab oratoribus ex liga missis et ab ostensore presencium, a Fabiano nostro. Valeat v. s<sup>ts</sup> et tueatur eam omnipotens ac conservet ad longa tempora feliciter victuram pro necessaria fidei<sup>4</sup> defensione. D. die Lune prima mensis Februarii a<sup>o</sup> etc. LXVIII.

Esch. fol. 408<sup>a-b</sup>. In derselben Angelegenheit und fast ganz gleichlautend auch an das Cardinals-collegium und noch besonders in einem kürzeren Schreiben an Bessarion, Carvajal und Franz Piccolomini, fol. 409<sup>a-b</sup>. Antwort in n. 394. Die Urkunde über den Wahlact im Auszuge bei Luchs Schlesische Fürstenbilder des Mittelalters. Bogen 4 S. 6. Vgl. VII, 176. — Am 1. Febr. meldet Rudolf seine Wahl dem Kurfürsten von Brandenburg. Riedel Cod. dipl. Brand. III, 1. n. 325. In Betreff seiner höchst wichtigen und interessanten Verhandlungen mit Brandenburg (vgl. Droysen Berichte der Kgl. Sächs. Geselsch. der Wiss., Sitzung vom 12. December 1857) sind jetzt die Akten in demselben Bande bei Riedel zu finden.

386.

1468 Februar 4. Rome.

**Papst Paul II.** an den Legaten Bischof Rudolf. Verweigert die Bestätigung des Thorner Friedens, ebenso die des Bischofs Vincenz von Culm zum Bischof von Ermland, bewilligt aber die Losspprechung des Königs von den durch die Befehlung Preussens verwirkten Censuren.

Venerabilis frater etc. Venit nuper ad nos dilectus filius Johannes de Sepno miles<sup>1</sup>), carissimi in Christo filii nostri Kazimiri Polonie regis orator, et inter reliqua que regis ejus nomine a nobis desideravit illud unum fuit, ut concordata inter eum et dilectum filium magistrum ordinis b. Marie Theutonicorum apostolico vellemus robore comprobare; aliud ut illi ad cautelam absolucionis beneficium impenderemus; tertium ut venerabilem fratrem Vincencium Culmensem episcopum ad ecclesiam Warmensem transferremus. Quamvis autem cupiamus regi ipsi et cunctis catholicis principibus affectu intimo morem gerere, quia tamen illud non possemus in prima ejus petizione absque dei offensa et sedis apostolice magno dispendio agere, supersedimus ad presens et idem facimus in facto dicte ecclesie Warmiensis; nam tuam fraternitatem non ignorare volumus apud nos jura quedam esse ex quibus liquido constat totam provinciam Prusie ad jus et proprietatem prefate sedis pertinere. Licet enim pridem ad te scripseramus concesseramusque eciam facultatem confirmandi que inter regem et magistrum prefatos conventa vgl. n. 361. extiterant, hoc tamen ideo factum extitisse intelligas, quoniam sperabamus, quemadmodum in ipsa facultate continebant, regem predictum ita acturum fore contra Georgium hereticum, ut damnum quod sedes apostolica et dictus ordo inde paciebantur tali aliquo compendio compensaretur. Quod vero quidem rex ipse aliter sensit nec visum est ei hanc amplecti viam neque necessitatibus fidei quas perfidus Georgius infert in tempore occurrere ac christianis oppressis subvenire, speramus in domino, quod ipse cuius causa agitur oppressis robur dabit et nephandi hostis vires conteret, quod etsi sua pietas forsitan propter peccata nostra aliquantulum auxilia hujusmodi diflerat, sperantes

<sup>1)</sup> Bei Dlugoss II, 410 Johannes Sapyenski.

tamen in se tandem non deseret, providebimus nos, quantum in nobis est. Tu ergo pro tua prudencia a confirmacione illa convencionis predicte inter regem et magistrum predictos in te abstinebis. Quoad petitam absolucionem multa a nobis cum venerabilibus fratribus nostris s. R. ecclesie cardinalibus deliberacio habita fuit, et quamquam si rigorem canonum omnino servare vellemus, ab hujusmodi absolucione abstinere debemus, considerantes tamen, quod excommunicacionis sentencie que medicinalis est contemptus facit mortalem, ex quo contemnentes se penitentia a majestate divina gravius plectuntur, ac quod regnum illud Polonie ab infidelibus sit circumscriptum, benignius cum eodem rege propterea agendum visum est. Itaque absolucionem antedictam, cum a te ipse rex requiret, juxta formam aliarum nostrarum litterarum tibi in forma brevis cum presentibus directarum et qua utitur Romana curia in nostra apostolica audiencia impendas. Volumus tamen et tibi mandamus, ut prius quam absolucionem imparciaris, gentes armigeras rex ipse quas in subsidium illius Georgii de Pogebrait ire permisit revocet promittatque se de cetero non permissurum, ut ex suo Polonie regno ad stipendium ipsius Jersici gentes ille accedant. Ut autem formam predictam melius teneas et servare possis, illius copiam presentibus introclusam pro informacione tua ad te dirigendam esse duximus, quam sequi poteris, si ita tibi consultum esse videbitur, vel aliam servare, prout melius futurum esse cognoveris, quam rem totam tue prudencie committimus. D. Rome apud s. Marcum sub annulo pisc. die IIII. Februarii 1468, pont. n. a<sup>o</sup> quarto.

(vac.)

(vac.)

Esch. fol. 413<sup>a-b</sup>. Dlugoss II, 410 u. 430 spricht nur sehr kurz davon, vgl. dagegen Voigt Gesch. Preussens IX, S. 11—12. — Vgl. n. 369.

## 387.

1468 Februar 12. Prebuss.

Johannes hertzog in Slesien zum Sagan ad senatum Goricensem.

Ersamen weisen lieben nachpauren etc. Lesst sie wissen, das er durch hulff und rath seines oheims von Sachsen loss wurden von seiner schweren gefengnis. Were zu Prebus bericht, das ein tag gen Lignitz von seinem veteren hertzog Heinrichen herrn land und stedten zwischen im und seinem brudern Baltasarn negsten donnerstag gelegt. Bittet umb der kürze des tages willen daran zu sein, das ime die zeit erlenget würde, dieweil sie die sache auch mit berührt. Prebuss am Sonnabend vor Valentini.

Scultetus III. fol. 217<sup>a</sup>. Ueber sein Gefängniss vgl. VII. 162, ferner 178.

## 388.

1468 Februar 20. Wratslavie.

Legat Bischof Rudolf an den Rector und die Magister der Universität Leipzig, betreffend die das Kreuz nehmenden Studenten.

Venerabiles eximii patres, amici in Christo nobis plurimum dilecti! Grate recepiimus scripta vestra quibus inter cetera nobis commendatis personas que et membra sunt universitatis vestre et crucem receperunt contra hostem dei et ecclesie sue, intelleximus-

que quantum diligenciam ad hujusmodi pium opus adhibueritis, quod tot legales persone alias nobis plurimum commendate venumdatis eorum libris et vestibus relictisque aliis rebus arma suscepserunt, propter quod interdias vobis agimus gratias. Verum non modicum favorem domini n. s<sup>mi</sup>, cui rem hanc scripsimus et totam universitatem et ejus membra nominavimus et Zittavienses qui etiam ad hoc cooperati sunt valde commendavimus, acquisiverunt paternitates vestre. Fuerunt et apud nos his diebus Zittavienses hoc ipsum nobis exponentes, quos opera nostra induximus ut nonnullos acceptent illis necessaria pro posse provisuri. De reliquis vero quos inconsolatos non sinatis pariter cogitabimus et cooperabimus modumque dabimus quo ad congrua loca locari possent et provideri, prout horum lator ad nos missus plenius informatus de hac re vobis relaturus est. Quapropter valde rogamus vos cooperemini, ne diutius retardentur sed iter preconceptum peragant Zittaviam profecturi. Beñe valeant paternitates vestre in Christo. D. Wratislavie vigesima Februarii a<sup>o</sup> 1468.

Ezechiel Opus miscell. III. n. 52. S. 647—651. Am 22. Febr. schreibt er an den Görlitzer Rath, dass derselbe von dem bei ihm deponierten Ablassgelde 100 Mark an die Stadt Zittau zahle, der er dieselben für die Unterstützung der in Leipzig angeworbenen Kreuziger zugesagt habe. Geben zu Breslaw am tage kathedra Petri. Scultetus III, fol. 232<sup>a</sup>. In Betreff eines falschen Ablasskrämers in der Meissener Diöcese vgl. Cod. dipl. Saxon. reg. II, 3. n. 1106.

389.

1468 März 14. Grecz.

**Kaiser Friedrich III. gebietet den Schlesiern und Lausitzern, Georg von Podiebrad und seinen Söhnen Fehde anzusagen.**

Wir Fridrich von gotis gnaden Romischer kaiser etc. Embieten den erwirdigen hochgeborenen ediln ersamen unsirn und des reichs lieben getrewen, allen und iczlichen fürsten geistlichen und wertlichen, prelaten grafen freyen herrn rittern knechten höüptluten amplütten vögtten pflegern vorwehsbern landrichtern lehenrichtern schultheissen scheppfen burgermeistern richtern reten bürgern und gemeinden ih der Slesi und Obiren und Nideren Lausaczen, den diser unsir brift fürkömpft, mit dem ader der glöublichen transsumpt [sie] ernant werden, unsir gnad und allis gut..

Erwirdigen hochgeborenen ediln ersamen und liben getrewen! Als euch wissentlich ist, das wir Gersiken, abgesaczten konig zu Behemen, auch Victorinen und Heinrichen, seinen sönen, allen von Podiebrat, meniger fruntschafft gnad und furdrung getan und sie mit sunderlichen wirdikeiten und eren erhebt begnadt und gecziret haben, solher unsir gütigkeit und gnaden aber in meniger wege sie in vergessen kommen und undankper gewesen sein, uns unsirn landen und lewten in manigerlei weise vil drangsal bekommnis beschedungen verbustunge und beswernis heimlich und offenlich zugefugt und getan, und der obgenannt Gersik sich wider uns etlich unsire gesworen pfleger und auch lantlewt unsirs furstenthums Osterreich angenomen uns widerseczig gemacht, die dorynne furgeschoben, auch ine in demselben unsirm fürstenthumb Osterreich zu beswe-

runge der eynwoner daselbs und andirn umbligenden landen awffsleg uff der Tunaw helffen machen, dorynne gleichen teile gehabt: Und wiewol yecz am jungsten der obgenant Victorin uff befelhnisse des obgenanten Gersicken von Podiebrat seines vatirs im gegen uns ein mutwillige fehde und feintschafft furgenomen, in das bemelt unsir fursten-thumb Osterreich mit heeres crefftten geczogen und dorynne vil schadens zetunde undirstanden hat; so haben wir uns doch durch den ediln unsiren und des reichs liben getrewen Ulrichen freyherrn Gravenegk unsirn velthouptman und mit hilff und beistant unsir gehorsamen landlewte zu Osterreich bisher solhes seines unpillichen fürnemens awsgehalten und das auch furbaser zetunde in willn sein. Und nochdem unsir hiliger vater der bobist den bemelten Gersicken von Podiebrad und die obgenanten seine söne von koniglicher wirdikeit und allen und iczlichen eren und werden entseczt und meniclichen bey sweren geistlichen penen geboten hat, dieselben bebstlichen processen zu volfuren und exequiren, dem wir also uachkommen und darynne gehorsam sein wellen, dorumme empfelhen wir euch allen und iczlichen, in welhem wesen states und werden die sein, von romischer kaiserlicher macht mit disem briff ernstlich gebietende, das ir alle sammentlich und sunderlich wider den obgenanten Gersicken, seine sone und helffere den bemelten bebstlichen processen gehorsam und nach dem stercksten und allem ewrn vermügen awff seit, keinen frid noch fridlichen anstant mit in nicht machet noch haltet in einich weise, als ir dem hiligen cristlichen glauber, dem stul zu Rome uns und dem hiligen reich und euch selbis des schuldig seit, und tut uns doran zusampt der billichkeit gut gefallen gnediglich kegin euch zu erkennen. Geben zu Grecz am montag nach dem sontag Reminiscere in der vasten nach Christi geburt 1468, unsirer reiche des Römischen im 28., der kaiserthums in 16. und des Hungerischen im 10. jaren.

Ad mandatum d. imperatoris in consilio  
Johannes Rot, Pataviensis et Wratislaviensis decanus.

Esch. fol. 417<sup>a</sup>. Vgl. n. 376—378 u. 380 u. 381.

390.

1468 April 8. Posonii.

A.

**Manifest des Königs Matthias, dass er den Schutz der Katholiken des böhmischen Reiches übernehme.**

Mathias, dei gracia rex Hungarie etc. Animadvertisentes populum orthodoxum in regno Bohemie et ejus pertinenciis commorantem gravissima indigenarum hereticorum infestacione opprimi et in dies magis ac magis adversus deum et sacrosanctam ejus ecclesiam invalescere pravitatis errorem, cum ad id ipsum per eosdem catholicos instantissime sollicitati essemus, tum sepe alias, tum novissime per rev<sup>dum</sup> in Chr. p., d. Prothasium episcopum Olomuncensem cum sufficiente facultate pro reliquis apud nos intervenientem, impulsi eciam a sanctissimo domino nostro, cui per omnia obedire decet principem christianum, et a reverendo suo legato frequenter moniti, statuimus tandem posthabitis plurimis et maximis que in ea re nobis occurrabant difficultatibus, quod nemo

est hactenus ausus suscipere negocium arduum illud quidem sed summi plane et in celo  
meriti et glorie super terram, existimantes non minus pium hoc fore bellum quam quod  
tanto jam tempore cum atrocissimis omnium fidelium hostibus Thurcis gerimus, confi-  
dentes eciam jure optimo huic honestissime cause et pocius sue quam nostre affuturum  
altissimum, quandoquidem non ambicio ulla nec aliquid temporale commodum nos illexit,  
sed iniquissime oppressorum miseracio et apostolice sedis reverencia et sincere fidei  
zelus animavit, nec quidquam amplius in hoc mundo mercedis privatim expectamus  
quam solitam semper ex bellis nasci pacem et amicam eorum gratitudinem in quos  
hujusmodi nostra beneficia redundaverint. Proinde invocato ejus nomine cujus preci-  
pue intuitu hec aggredimur, ex certa deliberacione et maturo nostrorum consilio profi-  
temur nos memorati populi catholici contra hereticos assumere proteccionem et promitti-  
mus in verbo nostro regio omnes illos cujuscunque condicionis existant qui cum  
Romana ecclesia tam ritu religionis quam actu subjeccionis senserint, pro viribus nostris  
non derelinquere sed quibuslibet viis et modis nobis possibilibus defensare ac tanto magis  
id facere, quanto minus nos aliqua et notabilia et omnino impretermisibilia regni nostri  
Hungarie impedimenta retraxerint, et quanto uberior aliorum ad id accesserit prompti-  
tudo, ad que omnia nos presencium litterarum nostrarum vigore modo premisso firmiter  
obligamus.

Esch. fol. 416<sup>a-b</sup>. Bei Katona historia regum Ungariae XV, p. 294 mit dem Datum des 8. April.

## B.

**Bischof Protas von Olmütz gelobt dem König Matthias im Namen des Herrenbundes Treue.**

Quemadmodum ser<sup>mus</sup> princeps et dominus, d. Mathias Ungarie Dalmacie Croacie  
etc. rex clarissimus, ex mandato speciali s<sup>mi</sup> domini nostri et ad requisicionem singularem  
rev<sup>mi</sup> p., d. Rudolff episcopi Lavantini, apostolice sedis legati, populum catholicum pre-  
latos duces barones nobiles civitates opida villas ac cunctos ecclesiasticos et seculares  
cujuscunque condicionis incliti regni Bohemie in obediencia s<sup>mi</sup> domini nostri existen-  
tes in singularem proteccionem suam recepit ac litteras patentes sigillo suo regio robo-  
ratas super eo dedit: Ita ego Prothasius episcopus Olomuncensis, ex singulari com-  
missione dicti rev<sup>mi</sup> p., d. Rudolff legati apostolici, juxta conclusa novissime congrega-  
cionis Wratislaviensis prelatorum ducum et magnificorum domini Zdenkonis de Stern-  
berg capitanei, aliorum quoque baronum catholicorum in obediencia s<sup>mi</sup> domini nostri  
existencium dicti regni Bohemie, Moravie ac Lusacie marchionatum, item Sex Civitatum  
et nobilium in his existencium, una cum civitatibus Wratislaviensi Olomuncensi Swid-  
nensi Jawrensi Brunnensi Znaimensi Jglaviensi ac aliorum omnium opidorum et com-  
munitatum ac quorumcunque nobis christiano federe colligatorum, ipsi ser<sup>mo</sup> domino  
regi, meo ac predictorum omnium confederatorum nominibus et una cum eis, promitti-  
mus bona fide velle illi fideliter in agendis juxta omnem possibilitatem assistere nec  
eum derelinquere aut quoscunque tractatus aut compositiones cum parte adversa sine  
scitu et majestatis sue voluntate aut singulari assensu facere nec eciam cum quacun-

que alia quantumvis extranea persona aliquid tale agere quod in dissolucionem seu prejudicium hujus disposicionis et mutue confederacionis quoquomodo tendere videatur, in quorum robur. (!)

Esch. fol. 416<sup>b</sup>.

C.

**König Matthias fordert als Schutzherr der böhmischen Katholiken die Breslauer zur Helfsleistung gegen König Georg auf.**

Mathias etc. Noveritis nos de mandato s<sup>mi</sup> domini nostri et rev<sup>mi</sup> ejus legati monitione, interveniente rev<sup>do</sup> in Christo patre, d. Prothasio Olomuncensi episcopo, populi catholici in regno Bohemie et ejus membris constituti ac per consequens vestram suscepisse proteccionem. Igitur hortamur vos in domino, ut meliore jam et fiduciore animo sitis, videntes divinam clemenciam eciam de humano vobis auxilio providisse. Quia vero nos assumptum pie proteccionis munus non tam verbis ostentare quam operibus exequi statim intendimus, vos eciam mutuo requirimus, ut tempus acceptabile et dies salutis non negligendo toto posse quam primum parati nobis assistatis. Nos nec nunc nec postea quitquam omittemus quod vires nostre poterunt adimplere. Memineritis autem et aliis quorum interest horum omnium sine mora noticiam dare. D. Posonii octavo die Aprilis a<sup>o</sup> d. 1468, regni n. a<sup>o</sup> undecimo, coronacionis vero quarto.

Ad commissionem domini regis.

Esch. fol. 417<sup>a</sup>. Diese drei Schreiben nebst Urk. Beitr. n. 440 kamen am 16. April in Breslau an, worüber Esch. bemerkt: Iste subscripte novitates venerunt vigilia Pasce (16. April) et valde letificarunt civitatem Wratislaviensem in die Pasce et sequentibus diebus publicate in ambone cum gaudio. Vgl. VII, 179. — Urk. Beitr. n. 441 u. 443 finden sich auch bei Esch. fol. 418<sup>a--b</sup>. Für die Curie kommen hier in Betracht die Briefe des Card. Jacob v. Pavia n. 265 u. 269.

In der Bannbulle des diesmaligen grünen Donnerstags, die sonst mit der des vorigen Jahres (n. 354 A) gleichlautet, heisst es in Betreff des Königs Georg: Et licet superiori anno . . . excommunicaverimus . . . Georgium, quia tamen idem Georgius, Sathane ejus patris arte seductus pertinacius in sua damnata heresi in qua se natum et educatum asserit perseverans, ut eam manifestiorem efficiat, suis erroribus pestiferis non contentus vicinarum partium et presertim inclite nationis Germanice christifideles in suum nefandum errorem trahere eosdem propterea invadere ac totis conatibus persequi non cessat: nos considerantes, quod tanto sit majoribus penis multandus quanto in sua nefanda heresi damnabiliter indurescit, eundem Georgium suis gravioribus culpis ac damnatis erroribus exigentibus auctoritate predicti denuo excommunicamus maledicimus et anathematizamus nec non omnes et singulas sententias censuras et penas tam a jure quam a nobis juste dei judicio promulgatas aggravamus et reaggravamus eumque

**superna maledictione, sicut maledicti fuerant Dathan et Abiron quos terra sustinere non valens vivos absorbuit, et sicut Judas Scarioth traditor redemptoris nostri, maledicimus et ut talem ab omnibus vitari mandamus. Ferner werden dieses Mal auch Prinz Victorin und Rokycana namentlich als Gebannte und Verfluchte aufgeführt.**

Ezechiel opus miscell. V. n. 10. S. 219—254 als Transsumpt in einer Bekanntmachung des Legaten Lorenz Rovarella, D. Grecz in monasterio ordinis Francisci 1468, die Mercurii, 8 mensis Junii. Vgl. n. 392 N.

392.

1468 April 20. Rome.

A.

**Papst Paul II. bedroht alle Anhänger und Helfer Georgs von Podiebrad mit allen nur ersinnlichen Kirchenstrafen.**

Paulus episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Regnans in secula sempiternus vivorum et mortuorum judex fortis et paciens, unigenitus dei filius Jesus Christus, erexit in terris regnancium solia et diversorum principum potestates, sed pre ceteris ecclesie militanti sponte sue preciosissimo sanguine suo fundate et cunctorum christifidelium matri domine et magistre Romanum pontificem ejus in terris vicarium celestisque regni clavigeri successorem, pro salute fidelium et animadversione debita malignorum, sua ineftabili potencia super universam creaturam in potestatis plenitudine preficiens communivit, ut quodcunque ligaret super terram ligatum esset et in celis, et quodcunque solveret super terram solutum esset et in celis, et pro varietate mundanorum actuum juste procedens et regnans bonis premia, inquis vero et rebellibus supplicia et pro demeritis penas tribuat juxta canonicas sancciones et illis presertim qui perfidis hereticis in reprobum sensum datis et a consorcio christifidelium ut membrum putridum segregatis favere et eos receptare necnon ipsis humanitatis solacia impendere non verentur. Licet igitur etc. (Folgt ein sehr ausführlicher Auszug der Bulle vom 23. December 1466.) Nichilominus, quod non sine animi displicencia et cordis amaritudine intelleximus, nonnulli perditionis filii sue salutis immemores et proprii persecutores honoris, quorum vie perverse sunt, eidem Georgio alias Jersico, heretico pertinaci, hereticorum fautori et heresium damnatarum defensori favere necnon ejus stipendiis militare, armorum genera quibus catholicos invadere et concutere possit sibi ministrare ac alia obsequia impendere non verentur, in gravem redemptoris domini nostri Jesu Christi et sancte matris ecclesie offensam, animarum suarum detrimentum, pernicisum quoque exemplum et scandalum plurimorum. Nos igitur attendentes, quod, si ea de quibus deus vehementer offenditur insequi vel ulcisci neglexerimus, ad irascendum utique divinitatis pacientiam provocamus, premissa tam gravia tamque scandalosa ac divine majestatis et ecclesie spose nostre offensiva tollerare nolentes, sed circa ea taliter providere, quod aliis similia committendi aditus precludatur, auctoritate apostolica tenore presencium omnes et singulos tam clericos quam laicos, cujuscunque preeminen-

cie dignitatis status gradus ordinis vel condicionis existant, eciam si regali reginali vel quacunque alia ecclesiastica vel mundana dignitate prefulgeant, qui deinceps eidem Georgio alias Jersico, heretico pertinaci, hereticorum fautori ejusque adherentibus et complicibus adherere favere vel cum ipsis aliquid tractare ordinare seu aliquod ministerium exercere aut eis panem vinum sal bladium carnes equos arma currus balistas lanceas vel quecunque alia offensibilia vel defensibilia, pecunias merces receptum passagium seu transitum per eorum terras passus territoria, aut res aliquas que in eorum commodum cedere valeant, deferre dare portare concedere vel mutuare seu ab eis pre-das aut quecunque bona rapta eruere vel qualitercunque recipere seu sibi militare aut qualitercunque favere presumpserint: ex tunc excommunicacionis sentencia ipso facto irretitos et perpetuo infames ac eciam intestabiles, ut nullam de cetero habeant testamenti faccionem et ad aliquorum bona ex testamento vel ab intestato nullatenus admittantur, ab omni successione repulsos pronunciamus decernimus et declaramus, eisque nulla fides, nulla credulitas adhibeatur, sed velut infames hereticorum fautores receptatores ac eis adherentes a testimonio totaliter repellantur, nullus eciam eis aut eorum alicui debita reddere, nullus ipsis in judicio respondere teneatur. Quicquid insuper in bonis ubicunque inveniantur eorum fisco vel reipublice confiscamus et applicamus, ita ut ex his nichil ad posteros transmittatur, sed illi cum ipsis damnentur et sua ipsique capiencium servi efficiantur, et eorum bona ad capientes legitimo jure pertineant. Preterea eosdem hereticorum fautores receptatores, quibuscunque dignitatibus et honoribus spiritualibus et temporalibus et, si ecclesiastici fuerint, beneficiis ecclesiasticis, secularibus et regularibus canonicatibus et prebendis dignitatibus personatibus administracionibus et officiis, que in quibusvis ecclesiis sive locis obtinent, si qui vero feuda locaciones officia aut beneficia spiritualia vel temporalia ab aliquibus ecclesiis monasteriis sive locis obtineant, illis declaramus fuisse et esse privatos, eaque ad hujusmodi ecclesias monasteria sive loca libere revertantur, sitque eis et eorum singulis presidatus iudicature et cuiuslibet alterius publici officii exercitium interdictum, sitque eis ad premissa et similia ac eciam ad ordines ecclesiasticos omnino prohibitus et denegatus ascensus, et ad quoscunque actus legitimos eis penitus nulla pateat porta dignitatis, filii quoque et nepotes eorum per masculinam lineam descendentes usque ad quartam generacionem omnino dignitatibus honoribus officiis et beneficiis ecclesiasticis sint privati, et eos privamus ac inhabilitamus eciam ad ea et ad similia imposterum obtainenda, penis aliis contra ipsos de jure statutis in suo robore duraturis, civitates vero et loca quorum communitates vel universitates in premissis culpabilis fuerint, ac eciam illa ad que ipsos excommunicatos declinare contigerit, ecclesiastico subjaceant interdicto. Volentes ac decernentes, quod civitates et loca ipsa in quibus iidem excommunicati per triduum recepti fuerint post eorum recessum interdicta remaneant, quodque ab eadem excommunicacionis sentencia nullus preterquam in mortis articulo constitutus ab alio quam Romano pontifice vel auctoritate apostolica speciali absolvit possit, non obstantibus etc. . . . Ceterum cum major sit confusio que ipsorum culpa patencius fuerit divulgata, omnibus et singulis archiepiscopis episcopis electis et aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis neconon

parrochialium ecclesiarum rectoribus ceterisque personis ecclesiasticis ubilibet constitutis sub excommunicacionis pena, quam ipso facto incurant, nisi mandatis nostris hujusmodi postquam fuerint requisiti paruerint cum effectu, districte precipiendo mandamus, quatinus ipsi in singulis eorum ecclesiis, dum major populi multitudo ad divina audienda convenerit, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis et demum extinctis ac in terram projectis, per se vel alios, omnes fautores et hereticorum hujusmodi receptatores publice alta et intelligibili voce, eciam de quibus constiterit eos nominatim exprimendo, fuisse et esse excommunicatos et infames et ut tamquam tales puniendos fore denuncient et denunciari faciant ac ab omnibus christifidelibus arctius evitari, donec ad cor reversi a nobis vel successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus vel auctoritate predicta absolucionis beneficium meruerint obtinere. Et si forte fautores receptores et adherentes hujusmodi propter mortis articulum imminentem ab alio quam a nobis vel successoribus nostris fuerint absoluti, nichilominus perpetuo careant ecclesiastica sepultura, et quicunque presumpserint eos ecclesiastice tradere sepulture, usque ad satisfactionem condignam excommunicacionis sentencie se noverint subjacere nec absolucionis beneficium obtinere mereantur, nisi propriis manibus extumulent et procul ab ecclesiastica sepultura ejiciant corpora eorumdem. Et si iidem fautores receptatores et adherentes non resiliant, nos attendentes, quod filii superbie tradendi sunt Sathane patri eorum, eis omnibus et singulis ita deum ejusque vicarium spernentibus, sicut maledicti fuerunt Chore Data et Abiron, quos terra sustinere non potuit sed vivos absorbuit, ita ut descenderint in infernum viventes, et sicut Judas Scharioth traditor nostri redemptoris ad mortem, qui etsi penitens abiit, tamen et suspensus crepuit medius et possedit agrum de mercede iniquitatis, ita in eternum maledicimus. Verum quia difficile foret presentes litteras ad singula ubi ille necessarie forent loca transferre, volumus et eadem auctoritate decernimus, quod eorum transsumpto manu alicujus publici notarii subscripto et alicujus prelati sigillo munito plena fides adhibeat et illi stetur firmiter sicuti originalibus litteris, si forent exhibite vel ostense. Nulli ergo etc. . . . D. Rome apud s. Marcum a<sup>o</sup> inc. dom. 1468, duodecimo Kalendas Maji pont. n. a<sup>o</sup> quarto.

Esch. fol. 373<sup>a</sup>—374<sup>b</sup> mit der Notiz: Presentata fuit domino legato in primis diebus Julii et . . . sub transsumptione plurificata missaque hincinde.

## B.

Derselbe verleiht denjenigen, die persönlich oder durch Geldspenden am Kriege gegen Georg von Podiebrad Theil nehmen, eine Reihe von Indulgenzen.

Paulus etc. Licet inscrutabilis superni consilii prudentia superiora et inferiora disponens labentium temporum varietatem et humane fragilitatis cursum ab eterno previdens diversas hereses in christiano populo suscitari permiserit, ut excussa hominum negligentia et veritate catholice fidei diligentius inquisita, militantia corda fidelium propulsis erroribus in s. ecclesie disciplina et veritate que Christus est eruditiora fierent

ac in sinceritate fidei firmiora: Romani tamen pontifices, predecessores nostri vices Christi gerentes in terris, ne antiqui hostis versutia errores aut heresum hujusmodi virus ad precordia serperent et subdola inimici hominis zizaniam superseminare satagentis machinatio adeo invalesceret, quod sui contagione ceteros fideles a rectis dogmatibus callida suggestione diverteret, hereses et errores hujusmodi, plerumque vera doctrina, interdum vero necessitate cogente, manu forti ac militari potencia, excitatis ad hoc catholicis regibus principibus ac etiam populis, confundere ac extirpare curarunt. Cum itaque etc. (Folgt der Bericht über die hussitische Ketzerei bis zur Absetzung des Königs Georg.) Et quoniam idem Georgius in profundum malorum descendens in tantam presumptionis prerupit audaciam, ut hereticorum coacto exercitu non solum catholicos Bohemie principes barones et populos ad suos errores deducere, verum etiam vicinarum provinciarum et potissimum inclite ac devotissime nationis Germanice civitates terras et loca infensis armis invadere presumit et in ejusdem nationis ignominiam maximam et contemptum carissimo in Christo filio nostro Frederico, Romanorum imperatori semper augusto, cui fidelitatis prestiterat juramentum, bellum inferre illiusque et nationis prefatae dominia civitates terras et loca invadere oppugnare et depopulare molitur ac nititur: Nos attendentes, quod, nisi ipsius insanie et armato furori vi et armis occurratur, ejusdem ac aliorum damnate secte Hussitarum veuenum in dies magis serpere poterit et finitimas partes aut inficere, aut potentia astu et dolis Georgii heresiarche nefandissimi nationes ac populi tirannidi ejus, quod absit, subjici possent et conculcari, sicuti sepe numero idem Georgius efficere gloriatus fuit et adhuc jactare se non desinit: necessarium itaque fore censuimus, ut ceteri christifideles et precipue ejusdem Germanice nationis, qui magis periculo vicini sunt, excitentur adversus hujusmodi fidei catholice perfidissimos hostes, et arma pro defensione fidei, pro salute propria, pro luitione inclite nationis Germanice et aliarum finitimarum partium assumant ad eliminandum hujusmodi pestiferam heresim et Georgium memoratum et sequaces ejus exterminandos; ad quod faciendum fidei ardore concitati eo vehementius tante presumptionis audaciam reprimere et contundere debent quo ad id conspiciunt necessitate et urgentibus periculis etiam juxta canonicas sanctiones se esse astriktos. Carere enim non videntur scrupulo societatis occulte, si huic tam manifesto facinori desinant obviare, et fovere videtur qui negligit cohibere perversos, culpamque procul dubio contrahit qui negligit emendare cum possit, et in proverbiis: qui potuit hominem liberare a morte et non liberavit eum occidit. Ut autem dei causa hujusmodi eo libentius adjuvatur, quo fideles ipsi ex hoc dono celestis gratie conspexerint uberius se reflectos, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui de bonis eis a deo collatis, qui infra CC florenorum Renensium, unum grossum Bohemicalem aut ejus verum valorem, qui vero mille, medium florenum Renensem, ultra vero mille florenorum valorem existant, unum similem florenum ad expediacionem et alimentum prefatae militie fidelium pro causa hujusmodi congregande in capsula vel cista ad hoc deputanda contribuerint aut personis ad hoc eligendis solverint, septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus,

euntibus quoque personaliter undecunque fuerint contra hujusmodi hereticos ad bellandum suis vel alienis sumptibus, vel qui aliquem bellatorem contra ipsos transmiserit et per sex menses continuos aluerit et sustinuerit, sive pro expensis unius transmittendi per dictos menses pecunias in predicta capsula miserit, baroni comiti marchioni duci principi aut alii temporali domino unum vel plures bellatores juxta quorumlibet facultatem transmiserit aut alia pia aut charitativa subsidia secundum ipsorum devotionem et consilium confessoris sui porrexerint et cum effectu, auctoritate apostolica concedimus per presentes, ut quilibet ipsorum aliquem idoneum et sufficientem presbyterum in suum possit eligere confessorem, qui confessionibus persone largientis euntis vel mittentis diligenter auditis, plenam omnium suorum delictorum de quibus veraciter corde contriti et ore confessi fuerint veniam et remissionem impendat, etiamsi talia forent propter que sedes apostolica esset merito consulenda. Et insuper eidem confessori, ut quecunque vota peregrinationis, etiam ad sepulcrum dominicum et quevis alia sanctuaria, et alia vota pro quorum executione pecunia sit exponenda, dummodo persona vovens ad hujusmodi prosecutionem negotii tantum de suis pecuniis tribuat quantum pro implemento hujusmodi votorum consimiliter exposuisset, ceteraque vota preter castitatis et religionis, si perpetua fuerint, dummodo vovens ipse duos florenos Renenses, si temporalia, unum in dicta capsula reponat, commutare possit, necnon quascunque personas a spoliis rapinis furtis usuris et aliis illicitis luis quibuscumque, que salva conscientia retineri non possint, et quorum persone certe quibus restitutio est facienda ignorantur, si tantum in predicta capsula reponant vel modicum minus secundum facultates persone hujusmodi ac juxta conscientiam ipsius confessoris, necnon quascunque personas ecclesiasticas vel seculares apostasiae injectionis manuum violentarum inclitos, citra tamen enormem lesionem, a perjuriis votorum transgressionibus adulteriis incestibus ac sortilegiis incantationibus et a quacunque sententia excommunicationis. etiam in casibus Romano pontifici reservatis, satisfacto prius competenter lesis et injuriam passis, et super irregularitate quam propter premissa celebrando divina aut immiscendo se illis, non tamen in contemptu clavium contraxerint, dummodo pro expensis unius bellatoris per mensem aut dimidium secundum personarum facultates et delicti exigentiam in predicta capsula reposuerint, ac etiam symoniace ad ordines vel beneficia promotos et promoventes largiendo ad hujusmodi expeditionem expensas unius armigeri vel plurium pro sex mensibus aut saltem tribus secundum facultates suas et fructuum male perceptorum valorem et juxta prefati confessoris consilium et conscientiam, absolvere dispensare et fructus male perceptos remittere omnemque inhabitatis infamie maculam sive notam premissorum forsitan occasione contractam abolere valeat, auctoritate apostolica plenariam et liberam tenore presentium concedimus facultatem. Verum quia etc. wie in der vorhergehenden Bulle bis zu Ende. Dat. uts.

Die zweite Bulle findet sich nicht bei Eschenloer, dagegen bei Ezechiel Opus miscell. V. n. 9, S. 198—217, woselbst auch die erste n. 6. S. 163—185 zu lesen ist. Zur Ausführung dieser Bullen wurde Lorenz Rovarella wiederum als Legat nach Deutschland gesandt; einen Theil seiner Vollmacht vom 21. April gibt Raynald ann. eccl. ad a. 1468 n. 2 u. 3., daselbst n. 5 auch ein Stück von B.

Auch Jordan S. 478 gibt den Haupttheil. — Am 8. Juni war der Legat in Begleitung des Minoriten Gabriel Rongoni von Verona schon in Grätz, vgl. n. 391 N., ferner n. 405 u. Urk. Beitr. n. 457, und blieb dort bis gegen Mitte Juli. Er machte von hier aus nicht nur die beiden vorstehenden, sondern auch die Bannbulle vom grünen Donnerstag, von der in n. 391 ein Stück zu lesen ist, bekannt. Ihre Verkündigung vor dem Kaiser erwähnt auch Jacob Unrest chron. Austriacum bei Hahn Coll. monum. I, 556. Vgl. n. 408. Nach Gemeiner Chronik v. Regensburg schreibt er am 22. Juli aus Wien an Regensburg. Vgl. ferner n. 414 B.

393.

1468 April 23. Grecz.

A.

**Kaiser Friedrich III. fordert die Schlesier und Lausitzer von Neuem zum Kriege gegen Georg von Podiebrad auf, unter Hinweis auf sein mit König Matthias geschlossenes Bündniss.**

Nach Recapitulation des vorigen Schreibens n. 389 heisst es: Umb das wir abir dester statlicher sulch mutwillig furnemen des berurten Girsicken und Victorin von Bodiebrad weren und undirsteen möchten, auch teglicher rowberey mord prandt mutwilliger fehde und fyntschaft beschedigunge vorwustunge und anderer boshaftigen geschichten, so uns und dem heiligen reich auch der cron zu Hungern von den dick-gemelten von Podiebrat und von Behem zugefügt werden, furbasser vortragen beliben, hat sich der durchluechtigst Mathias zu Hungern Dalmaciens Croacien etc. kunig, unsir liber sone, in unsire hilff und beistant begeben, dem bemelten Victorin dorumb ein usfrichtig absag getan<sup>1)</sup>) und noch dem stercksten zu rosse zefusse mit grossen und andiren buchssen auch streitwegen und andir notturft, so zu ainem gewaltigem here gehört, als bey XX werlicher man zu dem obgenantem unsirem felthouptman an dem 18. April. andiren ostertag nebstvorgangen in das felt kommen, in willen mitsamt uns die obstimpften (!) mutwilligen fürnemen und beschedigunge zu undirsteen und zu weren. Wann ir nü für andire in solhem handil verwant seiet und euch dorumme hilff und beistant dorynne zutun geburt, dovon empfelhen wir ewch aber allen und iczlichen, in welhen werden statis adir wesens die seien, von Romischer kaiserlicher macht mit disem briff ernstlich und festiglich gebitend, das ir sammentlich und sunderlich wider den obberürten Girsiken, seine söne und helfter den bemelten bestlichen processen gehorsam und nach dem stercksten und allem ewrm vermögen zu rossen und zu fussen im velde usfseit, sie bekriget, keinen frid noch fridlichen anstant mit in furbasser nicht machet noch haltet in ainich weise, sunder für und für den teglichen crig mit in treibet und daselbst übet, als lang und als vil bis sie zu der hiligen cristlichen kirchen gehorsam gebracht und wir und das hilige reich, auch die wurdige crone ze Hungern und ir, solcher mutwilliger fürnemen und eingriff von in entladen werden, als ir demselben hiligen cristlichen glouben, dem stul zu Rome, uns und dem hiligen reich und euch selbst

1) Gedr. Teleki Huniadiak Kora XI, n. 464. p. 327—329. In Betreff des Datums vgl. Palacky IV. 2. 509.

schuldig seit, und tut uns doran zusampt der billikeit gut gevallen, gnediglich gegen euch zu erkennen. Geben zu Grecz an sand Georgentag nach Cristi geburt 1468 etc.

Ad mandatum d. imperatoris in consilio Johannes Rot,  
Pataviensis et Wratislaviensis decanus.

## B.

**Derselbe an den Breslauer Rath. Mittheilung von seiner Verbindung mit Matthias.**

Ersamen liben getrewen. Uns hat der ersam Johannes Rot, dechant zu Breslow und Passow, doctor, unsir rate, Römischer protonotarius und liber andechtiger, bericht, wie ir im bey einem ewrn eigen boten allein dorumme gesant geschrieben, das ir manchirley rede höret von den Osterrichischen kriegen und doch nichtis grüntlichs versteen mögen, und begeret habt euch wissen zullossen, wie is uns zustee in unsirn crigen, wann ir unsirs glucks und sigs gar begirlich weret. das allis mit ewr gebürlichen befelhnus der obgenant dechant an uns mit fleis gebracht hat, und unsir maiestat zu sundern dancken wolgefalen von euch kommen ist. und tun euch zu wissen, das der Victorin von Podiebrat, so sich undirstanden uff seyns vatirs Girsicken, abgesaczten kunig zu Behem, befelhnis uns und unsirn landen und lewten grossen schaden zefugen und dorumme Stockerow uff der Tunaw beseczt hatte, heimlich von 'danne in abwesen unsirs fethöuptmans zu Osterrich empflohen und entwichen ist. Sich hat auch der durchluchtigste Mathias zu Hungern Dalmacien Croacien etc. kunig, unsir liber sone, in unsir hilff und beistant begeben, demselben Victorin abgesagt und an dem montag noch dem 18. April ostirtag nehstvorgangen zu unsirm velthouptman und lantluten zu Osterrich in das velt kommen nach dem stercksten zu rosse und zu fusse mit püchssen grossen und kleinen und allir notturfft, so in ein gewaltig here gehört, und sein in guter hoffnunge, got der almechtig werde zu lobe seyns cristlichen gloubens glücklichen sige dorynn verfügen, als das apgotwil schir an euch langen wirt, wann wir euch gnad furdrung und gnedigen willigen zubeweisen wol geneiget sein. Dat. uts.

Esch. fol. 420<sup>a</sup>—421<sup>a</sup>. Vgl. VII. 180.

394.

1468 April 27. Rome.

**Paul II. zeigt den Breslauern die Bestätigung der Wahl des Legaten Rudolf zum Breslauer Bischof an. Antwort auf n. 385.**

Esch, fol. 426<sup>b</sup>. Vgl. n. 402 B.

## 411.

1468 Juli 13. Olomuncz.

Bischof Protas von Olmütz an den Legaten Bischof Rudolf. Kriegsnachrichten.

Rev<sup>me</sup> p. etc. Visis et michi semel et magnifico domino Zdenkoni et fratri amantissimo domino Quinqueecclesiensi iterum lectis paternitatis v. litteris mox consilio illo-(vac.)VII,185. rum illas serenissimo regi Hungarie transmisi, qui non modice ipsis consolabitur. Nam optimus regum obsesso castello Spilbergk iter Olomuncz versus agens et ibi cum spelunca illa ex monasterio exercitum locans tres municiones satis fortes cepit et locum meum Wiseow magis ex vicinitate infestantes, Buczowicz Morkowicz et Brodek inter illa magis infamia sua notum. Illa enim erant loca que poterant ex Austria ferenda impedire victualia. Aliquis autem baronibus marchionatus, aliquibus honestissimis et catholicis intervenientibus tractatibus quibus composuerunt, ob certos et nobis utiles

<sup>1)</sup> Handschrift me turbato, was hier keinen Sinn geben kann.

respectus treuge sunt concesse, ut interim alii eo melius valeant castigari. His ita ordinatis majestas sua parte exercitus sui accepta, nobis Olomuncz dimissis, tum propter vgl. n. 409. res dirigendas, tum eciam propter intelligendam mentem dominorum Polonorum, ad ea loca deicienda que ex Ungaria commeatus impedire possent se contulit et aliqua jam cepit et die dominico mox venturo accepturus est arcem et alumnam perfidie districtus illius, Brodam Ungaricalem, opidum ob scelera sua notissimum. Hec ideo scribo, ut paternitas v. sciat et intelligat majestatem suam non minuisse mentem in suscepto tam catholico negocio, ymmo successibus maximis auxisse, tantumne auxilia illorum qui possunt et debent majestatem suam derelinquant; blandiciis verborum assueti sunt homines, nec paternitas v. existimet sic sapientes Olomuncz aut locis aliis ubi majestas regia cum suo aderit consilio esse dominos Polonus ut sunt Cracovie; quare paternitas v. tute et mente optima jam quasi ad optatum finem deducta negocia prosequatur et me amando bene valeat. D. Olomuncz XIII Julii 1468.

Frater noster dominus Quinqueecclesiensis salutat et regias paternitati v. et aliis litteras mittit.

Esch. fol. 426<sup>a--b</sup>. Bischof von Fünfkirchen war der Kanzler Janus Pannonius. Vgl. n. 426. Urk. Beitr. n. 462.

## 412.

1468 Juli 27. Olomuncz.

Der Olmützer Rath an den Breslauer. Kriegsnachrichten und Ermahnungen, sich zum König Matthias zu fügen.

Unsiren willigen dinst zuvor. Ersamen weisen herren und liben eldiren! Nochdem als ir begerend seit newczeitunge zu wissen, geben euch zuvornemen, das herrn Sdenken son, hierre Jan, hat seinem vater dise newczeitung zugeschrieben, von worte zu worte: Folgt Urkundl. Beitr. n. 461.

Liben herren und elderen! Durch got den almechtigen bedencket euch, und nicht seit sewmig gehorsam zu laisten unsirm gnedigsten beschirmer dem konig von Hungern, wenn got ways, das ir allenthalben ein gros geschrav von prelaten und allen ungerischen herren behalden habt, deshalb das ir euch zuvoruss yczunder in solchen nöten zu seiner koniglichen gnaden nicht fuget, und seiner königlich gnaden willen nicht erfülltet. Tut ir nicht das und wirt dorinne sewmen, do got vor sey, es ist zu besorgen, das ir und wir ein grossen slag und böses mit vorlassung emphohen möchten. Wir haben vil hin und her hilf besucht, uns hat nyndert mögen begegnen. So wir denn durch den almechtigen got mit disem gnedigen beschirmer versorgt sein worden, es wer gar gut, das wir den also behilden und in keynerley weise nicht verslungen. Und dorumme, liben herren, nemet die sachen zu herczen, wenn das ways got von himel, das wir euch das aws rechter lieb und fruntschafft schreiben, nochdem als wir hören von in reden. D. Olomuncz feria quarta post Jacobi a<sup>o</sup> etc. LXVIII.

Esch. fol. 374<sup>b</sup>—375<sup>b</sup>.

413.

1468 Juli 30. Grotkaw.

**Legat Bischof Rudolf an Johannes Düster und Sigismund Atze, probest und ertzpriester unser kirchen zu Bresslaw, unsern allerlibisten mitbrüdern und statheldern.**

Ewigen gruss und heil, allerlibisten brüder. Nach dem als newlich der rath zu Bresslaw gesanth hoth eynen bothen gein Olmünz, worhaftige neue zeitung zu irfaren: vgl. n. 412. habe wir doselbest geschreben dem allerdurchluchtigisten herren konige zu Hungern, dem erwirdigisten herrn bischoff zu Olmuntz, dem edeln wolgeborenen herrn von Sternberg und dem herrn Alexio thumherrn zu Olmünz von unserm vliss, den wir gethan habin, vgl.Urk.Beitr. das unser heer gesammelt würde, uff das wir ilende zu seynen koniglichen gnaden n. 459. kommen möchten. Und doselbst zu unser entschuldigunge etc., das wir in denselbigen briffen vorzelten dy hindernis und entschuldigunge hertzog Heinrichs sen. zu Glogaw, VII. 185. der Sechsstete und Lusatz und den awssatz der Sweidnitz. Wer is sache, das die konigliche majestet gnüge daran hette, das sihe den rechten und nehsten weg obir das gebirge zogen gein Frage adder Kutten, so welden sihe mit aller macht do hyn zihen etc. Das itzund dorumben die unsern mit macht sich sammeln vor Franckstein etc. VII. 186. Geben zu Grotkaw am sonobende vor Ad vincula Petri im 8 und 60 jare.

Sculptetus III. fol. 245. Sig. Atcze unterschreibt als archidiaconus die Urkunde über die Wahl Rudolfs bei Luchs Fürstenbilder.

414.

1468 August 2. Olomuncz.

A.

König Matthias ladet den Legaten Bischof Rudolf zur Besprechung nach Olmütz.

Rev<sup>me</sup> p. etc. Hunc nuncium vestrum ideo tardius remisimus quia aliquantum abe- vgl. n. 411. ramus; sed ecce, iam et alter legatus apostolicus et oratores imperiales apud nos sunt cum quibus hisce diebus de summa rerum tractaturi sumus. Et si eciam rev<sup>me</sup> paternitas v. tempestive adesse potest, id erit tam negotiis communibus perutile quam nobis gratissimum, tempestive inquam, quia in omnem eventum ultra XV abhinc dies hic circa Olomuncz commorari non decrevimus. D. in Olomuncz secundo die Augusti a<sup>o</sup> d. 1468, regni n. a<sup>o</sup> XI, coronacionis vero quarto.

B.

Bruder Gabriel Rongoni beschwört ihn dringend zu kommen.

Rev<sup>me</sup> in Chr. pater etc. A cesare tandem expediti, apud quem V ebdomadas consumpsimus, ipso hortante et consulente cum regis Hungarie oratoribus atque suis ad presenciam predicti regis in Brodam Ungaricalem totam hereticam devenimus ibique duobus diebus mansimus, deinde ejusdem regis rogatu huc die hesterno venimus per medium hereticorum circa Crempsic in nomine dei pertranseuntes, ubi autem litteras

paternitatis v. d. Alexio et michi ac rev<sup>mo</sup> d. legato directas legi, cum omnino crediderimus presenciam paternitatis v. hic invenire. Scit omnipotens deus quod illo singularissimo amore et zelo quo prosequor eandem agente fui plurimum perterritus multumque turbatus. Inter alias enim maximas causas que rev<sup>num</sup> d. meum Ferrariensem huc duxerunt per maxima discrimina, hec non mediocrem locum tenet, quod ambo convenire possetis et, qui ab uno fonte unam et equalem potestatem administratis, eciam uno animo ordine et consensu negocia omnia digereretis. Cum autem vos non venisse et quod gravius ferimus eciam post promissa multum dubitare conspicio, crucior animo longius aspiciens et tanto egrius rem fero, quanto magis in deteriorem partem receptam esse vestram excusacionem ab aliquibus sentimus. Non enim desunt eciam qui magui putantur dicentes: antequam esset episcopus Wratislaviensis, nos sollicitabat et ad perdenda bona nostra impellebat, nunc vero primus est in excusacionibus. Rev<sup>mo</sup> p., hec vox eciam si falsum habeat, malum secum nuncium portat, et ut verus paternitatis v. servitor loquor, nichili penditur excusacio talis, ymmo si non veniet paternitas v., multum offendet omnium animos, ad nullum enim pertinet tantum quantum vobis hunc subire laborem. Prius principes quesivisti, nunc, ut dicunt, a deo missum regem primus evaditis, clamastis et per totum orbem clamare fecistis, ut exteri subvenirent, nunc alienigenis intrantibus vos siletis excusatis, et alii quos semper excitasti vestro ut dicitur exemplo dormitant. Quodsi omnino eciam ita est, quod talis exercitus qualem voluissestis congregare non potestis, et quod melius est, ut per aliam breviorem viam intret et conveniat cum rege: quid potuit vos tenere, quod ipsum in regno constitutum non visitasti quem ad longinas partes querere debuisti? Pericula dicitis viarum, parcat paternitas v., minime acceptatur hec excusacio, sed pocius, ut dixi, fertur quod modo habetis que placent et plus quam alii frigescitis, qui alios calefacere debetis, et hoc sola rerum et expensarum perdicione motus. Deus scit, hec sunt mihi gravissima jacula. Utinam solus possetis venire, eciam si vel X vobiscum haberetis. Parcat paternitas v. amori si excedit, et si non acceptat dicta mea, sint non dicta. Sed si aliter faciet, dolebo dum vivam. Quinimmo paternitas v. presentet se huic regi quem deus e celo dedit et sibi suadeat perseveranciam, nam ipso perseverante victoria in manibus est, hostis in ruina; illo, quod avertat deus, retrocedente omnes in predam damur. O domine rev<sup>me</sup>, consideret paternitas v., quanta est gracia facta, quod hic tantum onus adsumpsit; quanta ignominia, si retrahet se, quanta confusio paternitatis v., si scribet ad papam, quod regnum intravit et nullus ad eum venit et maxime paternitas v. Colendissime domine, non sit aliquid tam grave quod impediatur; hic est rex ipse, hic sunt consiliarii cesaris, hic est capitaneus et duo ex parte aliorum baronum, hic sunt civitenses, non deficit nisi persona vestra, ut uno omnium consilio et sentencia quid ultra agendum sit diffiniatur. Si homo mundi deficere deberet, vestra paternitas non debet deesse, eciam si rochetum impignerare deberet. Commendo me dominacioni vestre. Ex Olomucz secunda Augusti.

Per fratrem Gabrielem.

415.

1468 August 5. Vor Franckenstein.

Bischof Rudolf von Breslau fordert Jaroslaw von Sternberg auf so schnell als möglich vor Frankenstein zu ziehen. Geben im heere vor Franckenstein am freitage nebst ad Petri vincula.

Scultetus III. fol. 232<sup>a</sup>.

416.

1468 August 19.

Der Breslauer Rath an den Görlitzer. Kriegsnachrichten.

Wir thun euch wissen, das unsir feinde mit irem heer wider zurücke hinder sich sind gewichen jenseit Franckenstein an das gebirge, wenn die Sweidnitzer, die Neysser und wir mit landen und steten mit macht auff sein in dem namen gotes frölich mit inzugreissen. Adir itzunder in diser stunt ist zu uns fligende mere inkomen, das die feinde in diser nacht sulden wider zurücke obir das gebirge geflohen sein ken Glatz, und zogen fort von dannen sie sint kommen etc. Es haben sich auch die feinde gesterckt gehabt, das sie bey 6000 mann zu rosse und fusse bey einander haben, adir got sey gelobet, die unsern sint stercker etc. Geben am freitag nach assumptionis Marie.

Scultetus III. fol. 231<sup>b</sup>. Vgl. VII. 187 u. 188 u. Urk. Beitr. n. 466 u. 467.

417.

1468 August 20. Olomuncz.

Legat Bischof Rudolf von Breslau an sein Capitel. Berichtet über die Haltung des Königs Matthias.

Eternam salutem. Venerabiles viri fratres et amici nobis in Christo sincere dilecti. Postquam regie majestati feliciter nos presentavimus, non destituimus apud eundem solliciti esse pro hiis que nobis et pocius fidei rebus conducunt. Stamus profecto continua tractatibus occupati unacum rev<sup>mis</sup> d. Ferrariensi, sedis apostolice legato, ac eciam Olomuncensi episcopis necnon ceteris nostre partis consortibus, quomodo ad prosequendum hanc rem feliciori et nobis comodiori via concludere et sue majestati propnere valeamus. Intelligimus enim quod sua majestas omnia vota nostra libens amplecti dignabitur neque nobis deficiet, quamquam apud nonnullos male sencientes contraria sit opinio, ex eo forsitan arbitrantes quod sua majestas intendit, prout et necesse habet, ad fines Ungarie personaliter se recipere, quod nobis et rebus fidei proficiendum non in detrimentum sed magnam cedet utilitatem propter notabiles et efficaces quos altissimi gracia ex nobis recipietis respectus. Nichilo tamen minus res bellice tempore medio continuabuntur, neque nos sua majestas derelinquere cogitat, sed validum nobis exercitum suis expensis usque ad personalem sui reversionem relinquet. Audivimus certe responcionem sue majestatis non tam ad imperiales quam eciam ad regis Polonie

oratores, ex quibus firmiter confidimus, prout et in dei clemencia speramus, quod ante suum abhinc discessum talem rebus ordinem firmabit qui glorie sue celsitudinis et nobis omnibus ac rebus prosequendis utilis censebitur et salubris. D. Olomuncz sabbato infra octavas assumptionis virginis gloriose a<sup>o</sup> etc. LXVIII.

Esch. fol. 377<sup>a</sup>. Vgl. VII. 189. Am 30. August schickt der Breslauer Rath dies Schreiben an den Görlitzer. Scultetus III. fol. 224<sup>a</sup>.

418.

1468 August 22. Olomuncz.

**Compromissio regi Hungarie in Olomuncz facta per dominos episcopos Wratislaviensem  
Olomucensem et alios nomine tocius lige catholice incliti regni Bohemie.**

In nomine sancte et individue trinitatis, patris scilicet et filii et spiritus sancti. Amen.  
Nos Rudolphus dei gratia episcopus Wratislaviensis, sancte sedis apostolice cum potestate legati de latere legatus, Protasius eadem gratia episcopus Olomuncensis, Zdenco de Sternberg supremus burggravius Pragensis et catholicorum regni Bohemie et marchionatus Moravie, ducatum et dominiorum Slesie et utriusque Lusacie generalis capitaneus, Heinricus de Plawen burggravius Misnensis, Burianus de Gutstein et Clenaw, Lucas capitaneus et Heinricus Domnik consules et oratores civitatis Wratislaviensis, Wenceslaus Creu<sup>1)</sup>) magister civium civitatis Olomuncensis, Johannes Leopoldi et Michael Erasmi oratores opidi Znaymensis, universis et singulis cujuscunq[ue] status et condicionis christifidelibus ubicunque locorum constitutis significamus et notum facimus per presentes: Quod cum anno superiori circa festum s. Lucie dieta quedam indicta per rev<sup>mum</sup> d. Rudolphum, tunc episcopum Lavantinum, apostolice sedis legatum, pro negotiis sancte fidei in inclita civitate Wratislaviensi celebraretur per nos una cum illustri duce Nicolao Oppoliensi, oratoribus illustris ducis Heinrici Majoris Glogovie, generoso domino Jaroslao de Sternberg prefecto et oratoribus prelatorum nobilium civium et aliorum sex provinciarum et civitatum Budissin Görlicz Zittaw Luban Lobaw Camencz, generoso domino Bothone de Ilburg prefecto et oratoribus prelatorum nobilium et generosorum atque civitatum Lusacie Inferioris, generoso domino Friderico de Biberstein, generoso domino Ulrico de Hazenburg prefecto et oratoribus civitatum dominorum ducatum Swidnicensis Jawriensis Stregoniensis Lewenbergensis Hirsbergensis Richenbachensis Boleslaviensis et Bolkenhainensis etc. nec non generosis dominis de Hasenberg, Bohuslao de Swamburg, Heinrico de Novadomo, Wilhelmo de Ilburg, Buriano de Gutstein, Hinckone et Stephano de Lichemberg et Vettaw, necnon et oratoribus civitatum Plznensis Olomuncensis Brünnensis Znoymensis et Iglaviensis et ceteris omnibus prelatis ducibus baronibus nobilibus civitatibus et fidelibus tunc et modo existentibus sub obedientia apostolice sedis in regno Bohemie, marchionatu Moravie, partibus et ducatibus

<sup>1)</sup> Ueber dem Namen Creu ein Abkürzungsschreie.

Slesie utriusque Lusacie constitutis, certa relacione fidedignorum percepissemus, qualiter <sup>s<sup>ma</sup></sup> d. n., d. Paulus divina providencia papa secundus ac modernus, more pii patris et optimi pastoris majestatem imperiale reges et principes et singulariter serenissimum principem Mathiam Hungarie etc. regem per proprios nuncios et oratores sollicitasset commonuisset et requisivisset, quatenus nobis ac ceteris fidelibus in predictis regno et provinciis consistentibus pro divina remuneracione, sancte fidei defensione ac s. R. ecclesia reverencia pariter et obediencia consiliis auxiliis oportunis non deficerent armaque nobiscum sumerent contra et adversus impiissimum Georgium de Podiebrat, per suam sanctitatem suis exigentibus demeritis juris ordine servato ab omni dignitate et dominio depositum hereticumque perjurum et sacrilegum damnatum et declaratum, neconon contra omnes et singulos Hussitane heresis sectatores et predicti Georgii complices adherentes et fautores; quodque inter alios principes ipse Hungarie christianissimus rex prefatus, licet alias et Turcorum et aliorum infidelium bellis et infestacionibus gravaretur, pro sua tamen optima quam ad deum habet fide, pro reverencia et obediencia apostolice sedis, nec non pro concepta de nobis ac ceteris fidelibus compassione qui ab ipsis hereticis continuis oppressionibus molestantur, boni animi esset ad prestanda nobis possibilia adjutoria nobisque succurrendum: ex eadem dieta uno omnium consensu ac pari voto rev<sup>dum</sup> p., d. Prothasium episcopum Olomuncensem ad presenciam sue majestatis duximus destinandum, utque nostro omnium nomine predicto serenissimo regi supplaret commisimus, quod sua majestas divine remuneracionis gracia nostri curam gerere, nobis presidio esse et nos cunctosque fideles catholicos in et sub corona regni Bohemie degentes sub sua proteccione recipere et contra sancte fidei et nostros hostes arma sumere dignaretur. Nunc vero cum ipsa experientia demonstret nostrique letanter aspiciant oculi, quod ipse serenissimus rex Mathias predictus non solum nos et cunctos fideles catholicos regni marchionatum, ducatum et provinciarum predictorum in proteccionem susceperit, de qua proteccione eciam litteras patentes suo regio sigillo munitas per eundem rev<sup>mum</sup> p., d. Prothasium, nostrum et tocius diete prefate oratorem et nuncium, nobis transmisit, verum eciam ad succurrendum nobis maximis cum expensis suis, grandi cum exercitu, propria in persona, nec non cum pluribus ex prelatis principibus et optimatibus sui regni ad nos et regnum Bohemie venerit, perfidum hostem exercitualiter et potenter de campo prepulerit in turpemque fugam pluries converterit et prostraverit, nosque de maximis que imminebant nobis periculis eripuerit eripereque et protegere continue non ccesset: cupientes et fidelitate et gratitudine nobis possibilibus sue majestati prout decens est astringi, ipsi serenissimo domino et gloriosissimo principi Mathie regi prefato, nostro ac omnium confederatorum nostrorum et cunctorum fidelium (qui) sub obediencia apostolice sedis et <sup>s<sup>mi</sup></sup> d. n. pape in et sub tota corona regni Bohemie consistencium nominibus et una cum eis, juxta dispositionem per supradictum rev<sup>mum</sup> dominum Prothasium episcopum Olomuncensem cum sua majestate factam, promittimus bona fide velle illi fideliter in rebus agendis juxta omnem possibilitatem assistere neque eum derelinquere aut quoscunque tractatus aut compositiones cum parte adversa sine scitu et majestatis sue voluntate aut singulari assensu facere nec eciam

n. 390.

cum quacunque alia persona quantumvis extranea aliquid tale agere quod in dissolutionem seu prejudicium hujusmodi disposicionis et mutue confederacionis quoquomodo tendere videatur. In quorum omnium robur et fidem premissorum nos Rudolphus episcopus Wratislaviensis, Prothasius episcopus Olomucensis, Zdenco de Sternberg, Heinricus de Plawen, Burianus de Gutstain supradicti, qui sigilla hic apud nos habemus, has fieri et nostrorum appensione sigillorum una cum sigillo civitatis Olomuncensis et nostro et omnium aliorum nomine communiri fecimus. D. Olomuncz a<sup>o</sup> nat. d. 1468, indiccione prima, in octava assumptionis gloriosissime virginis Marie.

Esch. fol. 378<sup>a-b</sup>. Vgl. VII, 191. Urk. Beitr. n. 468. 469.

419.

1468 August 29. Vor Frankstein.

Ulrich Haze von Hazenberg etc., fordert den Landvogt und die Sechsstädt auf, schleunigst mit Reisigen und Wagenburg vor Frankenstein zu erscheinen, da „der Abgesetzte“ die Stadt mit grosser Macht entsetzen wolle. Sere ilende im felde vor Frankenstein am montage vor Egidii.

Sculptetus III. fol. 224<sup>a</sup>. Vgl. VII. 192. Urk. Beitr. n. 470.

420.

1468 September 1. Olomutz.

König Matthias an den Vogt der Sechsstädt Jaroslaw v. Sternberg. Ermahnung zu treuem Standhalten.

Magnifice vir! Laudamus quod in facto fidei contra hereticos obtulistis vos ad obedientiam sancte sedi apostolice et quod Georgium de Pogiebrad pertinacem hereticum diffidastis. Hortamur ergo vos et requirimus, ut a bono proposito vestro non desistatis, sed sicuti hactenus cooperati estis, ita etiam in futurum arma adversus ipsum et suos complices hereticos sumere curetis nobisque tamquam protectori catholicorum per sanctam sedem apostolicam et exhortationem legatorum suorum constituto ac aliis catholicis assistatis. Nos quidem parati sumus et erimus vos inter alias catholicos tota facultate nostra protegere omnemque favorem et assistantiam vobis impendere, nec desistemus ab inceptis sed prosequemur sine dubio fidei defensionem toto posse nostro, quousque scil. cooperante virtute [vestra?] heresis ista aut cesseret vel eliminetur. Agatis ergo vos quoque que catholicum prefectum decent, prout alii catholici facere decreverunt. D. in Olomutz in festo b. Egidii abbatis, a<sup>o</sup> d. 1468, regni n. a<sup>o</sup> XI, coronationis vero quinto.

Ad mandatum d. regis.

Ezechiel Opus miscell. III, n. 58. In demselben Sinne aber weitläufiger, mit Schmeicheleien für den bisher bewiesenen Eifer und Hinweisungen auf Gottes Belohnungen für den noch zu beweisenden, schreibt am selben Tage aus Olmütz auch der Legat Lorenz an Jaroslaw v. Sternberg und an die Landschaft und Städte der Oberlausitz, n. 59.

421.

1468 September 19. Grecz.

**Kaiser Friedrich III. an den Legaten Bischof Rudolf. Dank für die Nachrichten von den Olmützer Verhandlungen.**

Erwirdiger fürste, liber andechtiger. Als uns deine andacht yecz des handils, so sich noch unsirer rete und sendbotten abscheid von Olomuncz in dem behmischen handil mit der polnischen botschaft und sust begeben geschriben und bericht hat, haben wir vornomen, und kompt uns solher deiner andacht undirrichtung und dieselb handelung zu gutem danck. Wir haben auch yecz desselben behmischen handils halben unsirs sünes des konigis von Hungeren hofmaister in seinem begeren und anbringen also abgefertigt, doran, als wir hoffen, der bemelt konig ein gut gefallen haben und ane czweifil an deine andacht auch schirst langen wirt, und begeren an deine andacht, das du uns der berürten sachen halben, in massen du dich yecz in deinem schreiben auch erbotten hast, was sich ferrer dorynne begeben werde, auch zu undirrichten, warynnen wir dann deiner andacht gnad und furdrung beweisen mögen, sein wir auch gutwillig. Geben zu Grecz am montag vor Mathei a<sup>o</sup> d. LXVIII. etc.

Ad mandatum d. imperatoris in consilio Johannes,  
electus et confirmatus Laventinus.

Esch. fol. 382<sup>a</sup>.

422.

1468 September 20. Grecz.

**Johannes Rot, erwählter und bestätigter Bischof von Lavant, an den Legaten Bischof Rudolf. Nachrichten über die Wünsche und die Stimmung am Kaiserhofe.**

Rev<sup>me</sup> p. etc. Quomodo v. dignacio ad imperialem sublimitatem scripsit litteras, quamprimum deferri curavi, acciditque ejus celsitudini pergratum de illis rebus post discessum oratorum suorum gestis a v. rev<sup>ma</sup> paternitate fuisse cercioratum. In primis preterea laudat et tolli inducias et ulteriores tractatus in re Bohemica fuisse recusatos, ut cuius majestas scit eum nulla pacta, nulla juramenta aut promissa unquam observaturum. Girsacionem dico, illum sacrilegum et perjurum, apud quem nichil minus est tutum quam jusjurandum et sancta religio. Tamen valde ex animo cupit Slesicam obsidionem apud Franckenstein feliciter progressuram, ut liberius a Slesitis heretici possent impugnari. Si preterea opus foret duces Slesie contumaces pluribus imperialibus litteris ad obedienciam urgere, ejus majestas non esset fidei cause defutura, que cupit, ut litteris vestris obligatis et offertis, quod deinceps quis sit rerum Bohemicarum progressus ejus celsitudinem eciam cercioretis. Credo quod v. dignacionem delectabit, cum resciverit, quam fiducialiter cum rege Hungarie cesar se nunc de novo unierit, quam rem spero fidei nostre uberes fructus allaturam. Sed de rebus jam publicis satis; que Virgilius cesaris secretarius nomine vestro mecum egit de moneta, ad cesaream majestatem retuli, que est contenta, cum vestri voti erit cercior, vobis gratificare; curabo eciam

Erasmus negotiorum meorum gestorem accipere, quoniam Sitacher parum laudatur. Dominum prepositum bene valere cupio, commendans me v. rev<sup>me</sup> paternitati, cui inseruire semper paratissimus ero, que denique michi precipiat. Ex Grecz XX Septembris 1468.

Esch. fol. 383<sup>a</sup>. Vgl. Palacky IV. 2. 553.

423.

1468 September 21.

**Der Breslauer Rath theilt dem König Matthias die Eroberung von Frankenstein mit.**

12. Sept. Ser<sup>me</sup> rex etc. Redeuntes pridem conjurati nostri, quos in Olomuncz apud inclitam  
 VII. 189. majestatem v. habuimus, nos satis docuerunt de tam sancta et optima mente v. excell-  
 entissime majestatis in hoc fidei negocio etc., de quo omnipotenti deo incessabiles ora-  
 ciones fundere atque eidem gloriosissime majestanti gracias agere tenemur perimmenas.  
 Confidimus deo in cuius manu cor regis existit, ipse dabit pro laude sui nominis ani-  
 mum et virtutem v. majestati incepta prosequendi in finem felicem et optatum, ad quod  
 opera nostra licet minima, fidelia tamen non debent deesse. Ex amore igitur quem ad v.  
 serenissimam celsitudinem gerimus, hec scripta mittimus humilime significantes, quod  
 16. Sept. castrum Franckenstein ex manibus inimicorum nostrorum cepimus, et locavimus sabbato  
 VII. 192. proxime preterito cum hominibus nostris et subditis rev<sup>mi</sup> d. n. episcopi usque ad lacuorem  
 17. Sept. tractacionem, quid cum eodem facere expedit. Sic enim contigit. Nostri vi, per störmens  
 vulgariter, receperunt exteriores sepes bastas et antemuralia subterraneasque municiones,  
 per ignem et gladium hostes ad interiora castri sagittis destructi et dejecti pellentes, licet cum  
 jactura et damno in tali ludo solitis, insequentes ad dedicionem castri hostes coegerunt, ipsis  
 dimissis cum manualibus rebus suis; plures pixides magne ac parve, tela multa, pulveres  
 sal frumenta et alia victualia abundanter in castro reperta sunt. Ducenti hostes uno  
 dempto ex castro abierunt absque vulneratis et occisis, quorum plures sunt quam in  
 parte nostra interfici. A domino qui hostes suos scit confundere conterere et proster-  
 nere, factum est istud ad gloriam et honorem v. serenissime majestatis, quam longissimo  
 tempore sane vieturam et nobis gracioum conservet omnipotens. Cetera juxta man-  
 data v. gloriosissime majestatis rev<sup>mus</sup> d. Wratislaviensis fideliter prosequitur cum die-  
 tis et convocationibus debitibus etc. D. in die b. Mathei apostolietewangeliste a<sup>o</sup> etc. LXVIII.

Esch. fol. 381<sup>a</sup>.

424.

1468 October. Olomuncz.

**Legat Bischof Lorenz Rovarella an den Legaten Bischof Rudolf. Kriegsnachrichten.**

Rev<sup>me</sup> p.! Litterás rev<sup>me</sup> paternitatis v. suscepi, que michi gratissime fuerunt, maxime  
 vgl. 423. cum intellexerim illam incolumem ad propria rediisse et castellum Franckenstein in  
 dedicionem vi et armis suscepisse; que res tantum michi gaudium accumularunt, eo  
 quod eadem hora et prospera et ad vota nonnulla alia nova venissent, ut levatis ad

celum manibus salvatorem nostrum summe laudaverim, quod jam perfidissimos hereticos undique profusos et exterminatos videre et audire concederetur, quod jam finem huic nephandissime secte velle imponere videretur, et quod jam sua mirabili potencia fidelibus et propugnatoribus suis succurreret. Nam Kostka senior et hereticus ille impius VII. 193. cum quinque milibus descenderat, ut Moraviam devastaret et claustrum Olomuncensi succurreret. Huic a nostris cum paucis occurritur. Tandem auxilio dei fortissimi pugnatoris illo vulnerato fugato et toto exercitu suo prostrato nostri ad centum quinquecenta currus munitionibus oneratos cum multis captivis in dicionem receperunt: qui hereticus postero die sathane parenti suo animam meritas daturam penas reddidit. Victorini eciam tune copie quedam Cremsir proficiscentes reperte a nostris fuse fugate VII. 194. et prostrate sunt. Et Stiborius de Towatzow, cum ad depredandum Olomuncensem agrum cum gentibus suis advenisset, a nostris prostratus multis suorum in captivitate relictis vix aufugit: que omnia rev<sup>me</sup> dominacioni v., si laterent, significare volui, ut ex eis eciam aliquid consolacionis suscipiat. Dieta prius ad vota nostra conclusa est, sicuti vgl. n. 426. spero per alios v. rev<sup>me</sup> paternitati notificari. Cras hinc discedam ad dietam Australium in Newburga concessurus, in qua consiliarii cesaris et barones Austrie intererunt de subsidio expedicioni sanctissime prestando tractaturi. Postea prelatos et principes Germanos pro decimis et aliis subsidiis petam, in quibus magnam spem habeo, quod ex litteris nunciorum meorum intellexerim eos omnes ad rem optime dispositos. Et cesar mihi scripserat, quod omnino in provincia sua debitum fiet. Regia majestas decrevit oratorem unum ad urbem transmittere, quem frater Gabriel nomine nostro sequetur s<sup>num</sup> dominum n. oraturus, ne nos in victoria jam pene parta derelinquat, sed pocius omni auxilio et favore possibili complectatur, qui cito bonis avibus recedent. Rev<sup>mam</sup> paternitatem v. oro, ut in exigendis decimis illis singularem diligenciam suam adhibeat et illas exactas debite custodiat et conservet, quod, si regie majestati illis eciam succurrere oporteret, id quam primum fieri possit, vel de his alibi provideri, prout nos duo per litteras vel nuncios conveniemus. De crucesignatis, quia intelleximus vos fratrem Jacobum<sup>1)</sup> remisisse, nobis videretur, nisi alia necessitas v. rev<sup>me</sup> paternitati ingrueret, quod de domibus non moverentur, donec omnes pariter in prelum vocarentur. De tempore autem quo generalis exercitus coiendus est non dubito, regia majestas vos cerciorem reddidit. Benevaleat rev<sup>ma</sup> paternitas v., cui me commendo. Ex Posonio V Octobris 1468.

Esch. fol. 382<sup>a-b</sup>. Von den Zehnten spricht Esch. VII, 190. Mir ist darüber keine päpstliche Bulle oder Verordnung des Legaten zu Gesicht gekommen. Doch fordert am 29. Oct. der Erzbischof Johann v. Magdeburg den Bischof Dietrich v. Meissen auf, seine Räthe zu einer Besprechung zu senden über die Bullen des Legaten Lorenz „belangende decimam der geystlichkeit und pfaffheit.“ Cod. dipl. Saxon. reg. II. 3. n. 1108.

<sup>1)</sup> Wohl Bruder Jacob v. Glogau, vgl. n. 408 N.

425.

1468 October 11.

**Der Olmützer Rath an den Breslauer Kriegsnachrichten. Vgl. n. 424.**

Unsiren willigen dinst bevor. — Ersame weisen herrn und liben eldern. Als denn ewr weisheit begeret newzeitung zu wissen, nemlich von der slachtung wegen, die sich dann newlich nohent vor der Müglicz ergangen hat, nu haben wir gemaint, das der vgl. VII. 223. herre probst von Schonberg, der denn nahner zu euch hat, solhe newzeitungen vor kundigt hett. So er dann das nicht getan hat, gerucht zu wissen, das der alt Kostka sich gesammelt hat mit grosmenigem folk, vormainend das closter Hradisch zuretten und zuspeisen. Nu haben wir uns gesammelt von hynn und haben unsir folk geschickt zu dem herrn Franczen vom Hagen, und also mit gotis hulffe als pey mitternacht haben sie obirfallen und geslagen, und wiewol ir dreistunt mer gewest sint, ydoch von gotis gnaden, haben wir ir vil erslagen und gefangen und II schock wagen genomen, und das meiste teil dirtruncken, und der Kostka ist da als hart gewunt, das er dovon gestorben ist, der da das höchste haile des keczers gewest ist. Auch wisset, das wir als gestern das closter Hradisch eingenomen haben mit allen püxen clan und gros, glocken und andirn dingen, und die drabanten haben wir dovon geen lossen mit irem gerete und mit vir wagen. Mer wellet wissen, das der herre Zdenko hat das slos Poln mit sampt der stat eingenomen am nehsten vergangen sonnobent, und haben im mannschaft globit gehult und gesworen. Wisset mer, das wir den Towaoczawr Stibor nidergelegt haben und haben im XX gute pferd genomen und XVI raisige gefangen. Liben herrn, wellet durch der eren des almechtigen gotis Te deum laudamus mit allen glocken und in allen kirchen singen lassen. Der almechtig got sey globit, der dennen selbis vor uns streitt und ficht; was ir auch sulhs erfahren wurdet, das wellet uns verpottshaften. D. Olomuncz feria tercia ante Galli a<sup>o</sup> etc. LXVIII.

8. Oct.  
VII. 194.

Esch. fol. 382<sup>b</sup>.

426.

1468 October 22.

**Der Breslauer Rath an den Bischof Johann von Fünfkirchen. Bitten um Nachrichten über den Tag zu Pressburg.**

Rev<sup>mo</sup> in Chr. p. et d., d. Johanni episcopo Quinqueecclesiensi Baranie comitique, perpetuo ser<sup>mi</sup> d. regis Hungarie cancellario, dignissimo domino nostro gracioso et collendissimo: consules civitatis Wratislaviensis. Humilem recommendacionem et promptissima nostra servicia.

Non imputet nobis vestra rev<sup>ma</sup> dominacio, si tam fiducialiter absque precedentibus nostris meritis scripta nostra porrigimus. Incitat nos v. humanissima dominacio, que omnia, ut didicimus, equo animo solet suscipere que a suis servitoribus, inter quos numerari cupimus, bona mente fiunt. Et cum nichil magis nos delectet nisi audire et videre prosperum harum rerum fidei successum, qui post deum hodie a serenissimo ac gloriosissimo rege Hungarie, domino nostro graciosissimo, saluberrimis consiliis v. rev<sup>me</sup>

dominacionis utente, maxime et unice pendet et conservatur, vellemus libentissime intelligere recessum illius optatissime et felicissime diete Posoniensis. Ideo humilime et Vgl. n. 424. quantum possumus reverenter rogamus, quatinus <sup>v.</sup> rev<sup>ma</sup> dominacio, quantum saltem licuerit, nobis dignetur declarare, quomodo ibidem conclusa se habeant, et alia que occurunt pro consolacione nova. Paratissimi enim sumus imparsis corporibus et rebus nostris cum sua regia majestate pro parvitate nostra fideliter concurrere, seu nunc temporis aut futura estate ac quacunque hora suam inclitam majestatem cum sua potentissima sanctaque expeditione adversus hostes impiissimos hereticos ire contigerit, cui v. rev<sup>ma</sup> dominacio pro sua innata bonitate nos faciat commendatos servulos, et hec nostra scripta ita gracie atque clementer suscipiat, sicut ex fideli animo vestre obtulimus rev<sup>me</sup> dominacioni, quam una cum prefata gloriosissima majestate regia conservet et tueatur omnipotens longis temporibus feliciter et prospere regnaturas. D. in crastino XI<sup>m</sup>. virginum a<sup>o</sup> etc. LXVIII.

Esch. fol. 383<sup>a</sup>. Consimiliter scriptum est rev<sup>mo</sup> d. Johanni episcopo Agriensi etc., qui filius natus ex Wratislavia est, germanus d. Jeronimi Beckensloer, canonici Wratislaviensis et decani Bregensis.

427.

1468 November 11.

**Herzog Hans von Sagan an den Görlitzer Rath.**

Das sein bruder hertzog Paltasar die beteidigung durch den hochwürdigen legaten und seinen vettern hertzog Heinrich betediget, weder das gröste noch das kleinste gehalden habe, danu er nur schrift und reden daran gebe. Bittet seinen brudern anzuhalten, das er ime das seinige nicht voresse und bekommen (bekommern?) möge. Prebuss Freitag vor Martini.

Scultetus III. fol. 217<sup>a</sup>. Vgl. dazu VII, 178.

428.

1468 December 27.

**Jaroslaw v. Sternberg ad senatum Goricensem.**

Is hat mein herr der legat etliche schrifft als nechsten an mich gethan uch mann und stete belangende. Hierumb bitte ich uch, ir welt ewer fründ diste trefflicher uff morgen gein der Zittaw schicken, und ye einen mete, der da wirdet uff solchen gelegten tag gein Legenitz nebin mir andern mannen und steten reiten, uff das das wir muchten uff solche schrieffte disto trefflicher geratin etc. Geben zu Budissin am dinstage Johannis des heiligen zwelfboten und ewangelisten.

Scultetus III. fol. 258<sup>b</sup>. Vgl. VII, 195.

429.

1468 December 30.

**Der Breslauer Rath an den Papst. Credenzbrief für den Domherrn Dr. Fabian Hanko,  
der um Verlängerung der Indulgenzen werben sollte.**

S<sup>me</sup> p. etc. Qualiter se habeant res fidei et condiciones status nostri, deliberavit nobiscum rev<sup>mus</sup> d., d. Rudolphus episcopus noster, v. s<sup>tae</sup> legatus, ad eandem s<sup>tem</sup> v. vgl. n. 328 A. mittere venerabilem d. Fabianum Hanko, decretorum doctorem et canonicum Wratislaviensem, presencium ostensorem, qui plenissime et experiencialiter illis edoctus eas et necessitates nostras clarius quam scribere possumus relatus sit, que et litteris exarari longum ac periculosum esset. Testamur deum salvatorem nostrum, quod ipse rev<sup>mus</sup> d. n. episcopus in istis bellis dominicis cum armorum gentibus ac alias virtute legacionis omni sollicitudine, ymmo plus quam vires illius episcopatus possunt, irreprehensibiliter se habet et operatur: quippe multa milia florenorum que ista ecclesia non dedit de propriis aliunde obvenientia jam expendit; profecto misereri atque compati oportet sue rev<sup>me</sup> dominacioni que sic vocata est ad nimios labores curas miserias mesticias et ad omnes anxietates, noctes sibi insomnes facientes nullamque quietem admittentes, quin ymmo sanitatem ejus consumentes, ut preoccupacione videmus absumptas ejus esse carnes et hossa inherere pelli. Quocunque enim se divertit, terribilia reperit debita solvenda per antecessorem facta atque recentibus stipendiis equitum et peditum in dies expedienda. Nec potest sue rev<sup>me</sup> [paternitati] cum veritate saltem in hoc fidei negocio quidquam tepiditatis parcitatis aut negligencie adscribi, nisi ignorantes vel detractores aliter cavillare vellent. Longe melius esset ei Lavantinus et nou Wratislaviensis antistes vocari, licet huic ecclesie et fidei rebus minime prodesset, que eum necessario et divina disposizione presulem Wratislaviensem esse voluerunt, ut, sicut ille variis procellis fluctuant et conquassantur, suam rev<sup>mam</sup> dominacionem consimiliter erumpnis et calamitatibus implerent et tandem sua sapiencia infallibiliter ad bonum statum et pristinos splendores resurgerent. Quid autem de nobis dicere debeamus, b<sup>me</sup> d., qui ultra decennium hujus Bchemi heretici bella sustinuimus gravissima, aliis regnicolis catholicis omnibus tunc quiescentibus aut una secum contra uos pugnantibus! Intelligit v. b<sup>do</sup>, quales vires nostre esse possint attentis passis damnis et incredibilibus bellicis expensis, et si nou animi nostri, qui in his rebus fidei deo prestante nunquam deficere debent, vires tamen decrescunt et deficiunt. Meliora clenodia civitatis nostre gravissimis annuis censibus et debitibus substrata sunt ac quotidianis expedicionibus onerantur, ut non immerito pro auxilio et consilio ad v. s<sup>tem</sup> tanquam clementissimum patrem nostrum currere oporteat, humilime ac devotissime orantes, quatinus v. s<sup>tae</sup> prefato d. Fabiano premissa graciosa audiencia in his et aliis omnibus nostro nomine referendis indubitatam fidem adhibere atque eum ad vota nostra cum benignissima expeditione remittere auxiliari et consulere misericordissime dignetur, ut in his rebus fidei non deficiamus, sed optatum finem cum honore v. s<sup>tae</sup> et ecclesie triumpho jocundis mentibus sperare valeamus. Omnipotens deus conservet v. s<sup>tem</sup> feliciter et longeve prospereque valituram pro defen-

sione et conservacione filiorum domus Israhel. D. die Veneris penultima mensis Decembris, a<sup>o</sup> etc. LX nono.

Esch. fol. 388<sup>a</sup>. Dahinter die Bemerkung: Debuit Fabianus super ista littera orare ad aliquot annos de quinquennio in quinquennium indulgencias plenarias ad quinquaginta annos duraturas et alia plura conveniencia subsidia de decimis spiritualium, que papa sine gravacione potuisset. Sed nichil obtinuimus; gratis et vacuus fuit Fabianus reversus. Ideo vide Wratislavia, quali auxilio habeas foveri apud sedem apostolicam preter cartam et pennam etc.

Dieser Domherr ist nicht der Procurator, der zuletzt in n. 385 genannt wird. Vgl. n. 328 B. N.

Leider ist über diese Ablassangelegenheit sonst keine Nachricht aufzufinden, die über alle Zweifel hinweghelfen könnte. Wenn Eschenloer im Datum anno LX nono angibt, so ist nämlich nicht anzunehmen, dass er das neue Jahr etwa schon von Weihnachten an gerechnet hat; denn dies ist in Breslau um diese Zeit nicht Sitte. Vgl. n. 379. Es liegt also nahe einen Schreibfehler anzunehmen. Dass der Brief ins Jahr 1468 zu setzen ist, dafür spricht der Umstand, dass nur 1468 der 30. December auf einen Freitag fällt. Ferner führt Klose in Scriptores III. 273 aus der Jahresrechnung von 1468, die von Reminiscere 1468 bis Reminiscere 1469, den gewöhnlichen Terminen des Breslauer Rechnungsjahres, reicht, einen Posten von 100 Fl. für Dr. Fabian zur Reise nach Rom und 250 Fl. für seinen Aufenthalt daselbst an. Die Sache hat aber trotzdem noch eine andere Schwierigkeit. Nämlich als Dr. Fabian mit abschläglichem Bescheid heimkehrte, schrieb die Stadt noch einmal nach Rom. Dieser Brief, n. 434, steht im Manuscript unmittelbar dahinter mit dem Datum Vigilia Pasce a<sup>o</sup> etc. LXX. Hier müssen wir also einen neuen Schreibfehler Eschenloers annehmen. Ist nun der erste leicht zu erklären, weil die Briefe auf fol. 388 mitten in den Ereignissen von 1469 stehen, so wird der letztere dadurch um so unerklärlicher, während andererseits die Annahme des Schreibfehlers um so zwingender wird. Denn dahinter auf derselben Seite folgt noch n. 435, was auch in 1469 gehört. Man vergleiche den Text in VII, 204 u. 205, wo ich indess in der Anmerkung die Fehler im Datum noch nicht bemerkt habe. Möglich ist die Annahme, dass Eschenloer das Blatt für irgend ein anderes Document ursprünglich leer gelassen und die beregten Briefe erst 1470 eingetragen hat, wie z. B. fol. 395 auch leer ist.

## 430.

1469 Januar 18.

Der Breslauer Rath an den König Matthias, betreffend die Schweidnitzer, die sich vom Bunde lossagen wollten. Vgl. VII, 195.

Ser<sup>me</sup> princeps etc. Intelliget v. ser<sup>ma</sup> majestas ex litteris rev<sup>mi</sup> d., d. Rudolphi episcopi Wratislaviensis statum et condiciones hujus terre ac colligatorum nostrorum, quomodo nonnulli in horas occasionem querunt a nobis recedendi et pacem cum hostibus fidei faciendi, ex quo nichil nisi malum oriri oporteret et presertim hujus ecclesie Wratislaviensis destruccio consequeretur. Et quia illis pedites et equites in numero multo et nobis gravi in auxilium misimus, addixerunt velle adhuc nobiscum persistere usque ad carnisprivium proxime futurum et postea, nisi sufficiens ipsis provideretur subsidium, pacem cum inimicis nostris amplecti. Rogamus humiliter et quantum possimus reverenter, dignetur v. ser<sup>ma</sup> majestas, sicut consulcius et melius videbitur, gracie provide et cooperari, ut liga nostra catholica nullam dissolucionem sed pocius augmentum et corroboracionem suscipiat. Quantum enim possumus, parati sumus contra hos fidei hostes facere, sicut decet catholicos homines. Omnipotens deus conservet et

ducat prospere v. ser<sup>mam</sup> majestatem pro defensione et exaltacione fidei, sicut suam divinam majestatem omni tempore devote exoramus. D. feria quarta ante Fabiani et Sebastiani martirum a<sup>o</sup> etc. LXIX.

Esch. fol. 384<sup>a</sup>. Consimiliter scripserunt domino Olomuncensi, domino Johanni episcopo Agriensi et domino de Stellis.

431.

1469 Januar 23. Olomuncz.

## Der Olmützer Rath an den Breslauer. Kriegsnachrichten.

Wir lossen ewre erbarkeit wissen, wie herre Zdenko wesende pey s konigis gnad von Hungern zu Galicz<sup>1)</sup>) hat uns zugeschrieben, wie seine koniglich gnad als am monntag noch Vincencii sich ken Brunn fugen wil; ap ewre libe eine botschaft hinuber tun welde, das stet zu euch. Auch mer hat uns sein gnad geschrieben, wie er ein slos genannt Rosenberg, das do dem Popel von herrn Jonen von Rosenberg umb IX tawsent gulden verseczt wart, erstigen und in sein gewer bracht hat und denselben Popel mitsampt seinem son gefangen und vil klainot vor manch tawsent gulden genomen hat, und das seinen guaden wol und gluckselig geet. D. Olomuncz feria secunda post Vincencii a<sup>o</sup> etc. LXIX.

Esch. fol. 384<sup>a</sup>. Ueber den Aufenthalt des Königs Matthias vgl. Urk. Beitr. n. 473. Vgl. n. 433.

432.

1469 Januar 24.

## Der Breslauer Rath an den Papst. Zu Gunsten der Olmützer.

Credimus v. s<sup>tem</sup> minime latere, qualem animum honestissimi cives Olomuncenses in hac causa fidei tanquam obedientissimi filii s. R. ecclesie adversus impiissimum et damnum hereticum Georgium et suam sectam habuerunt habent et proculdubio habebunt, ut nec corporibus neque rebus pepercerunt, que zelo fidei tradiderunt in mortem usque et quasi totalem destrucionem perpessi: parum adest residui, quod eciam prompta mente ad honorem v. s<sup>te</sup> tradere non formidant. Ipsi sunt qui primum his litium amfractibus Moraviam heretico retraxerunt, ut merito ipsis testimonium tocis honestatis ex amore quo eis jungimur prebere cogimur. Quippe maximas expensas fecerunt et irrecuperabilia damna susceperunt et non aliam ob causam nisi propter observanciam mandatorum v. s<sup>te</sup>, que veluti optimi christiani totis viribus fidelissime sunt executi et exequentur viriliter, quandocunque v. s<sup>te</sup> fieri voluit. B<sup>me</sup> d., non valemus enarrare quantas angustias pressuras et calamitates prefati cives Olomuncenses, nostri carissimi amici, a quodam claustro Radisch dicto civitati propinquo, quod quidam pretensus abbas in-

<sup>1)</sup> Holitsch in der Nähe von Olmütz.

